rorum:nā erant in his locis mœnia iuxta flumen non ſatis
munita:cum manu militū ex Adriani mole eo accurrerat:
nec ſatis multos in pſidio molis reliquerat. Gotthi ergo ut
diximus per abſentiā pfecti capto inferiori ambitu molem
ipſam expugnare nitebant. Milites aūt de ſupiori parte re
pugnantes quo magis repellant hoſtes rem nefariā effece/
ruut.Erant in ſumma parte molis undequaq; pmagnæ ſta
tuæ hominū equoꝝ quadrigaꝝ excellente artificum opere
confectæ.Has ptim integras milites demoliti in hoſtes pręe
cipitarunt:partim cōfractas in hoſtes deiecerūt. Ita pclara
artificum opa:ac multoꝝ annoꝝ labores:ac maxima eius
ſepulchri ornamenta:militū ſiue ruſticitas ſiue malignitas
paucis horis abſumpſit. Inter hæc Conſtantinus repulſis a
flumine hoſtibus audito molis piculo per pontē ſuccurrit:
additq; ſuis animos:atq; ipſe ab inferiori parte hoſtes inua
dit.Per hunc modū ſeruata tandē moles eſt:atq; hoſtes re/
pulſi. Ad preneſtinā quoq; portā ubi Vitigis rex & qui cū
illo uenerant Gotthi pugnabant ingens piculum fuit. Erat
enim nō pcul ab ea porta locus quod uiuariū appellabant.

Is locus mœnia hēbat duplicia aliquo ſpacio inter ſe diſtā/tia. Solū inter bina mœnia planiſſimū erat: mœnia uero ipſa nō ſatis munita. Vitigis igitur & Gotthi prima aggreſſi mœnia: &ſi egregie repugnabāť tamē ea peruicerūt. Beſſas uero p̄fectus diffidēs aduerſus tantā Gotthoꝝ uim reſiſtere poſſe: Beliſario ꝓpere ſignificauit quāto in p̄iculo res foret: utq; maturaret opē ferre admonuit. Eo nuncio p̄motus Beliſarius relicto ad ſalariā portā p̄ſidio: ipſe cū lecta manu militū per urbem diſcurrēs ad uiuariū peruenit. Aduentu ſuo redintegrata pugna: creſcūt militibus animi ob pręſentiam ducis. Ipſe etiā cū ſuis in p̄liū deſcēdit. Gotthi murū ab inferiori parte p̄fregerāt: ac magna uis coꝝ ingreſſa inter bina mœnia uerſabatur: pugnaq; in eo loco acerrima erat. Tandē uero eum exitū habuit pugna: ut Gotthi ꝑ eū ipſum locū quo ingreſſi fuerūt cū magna ſuoꝝ ſtrage euadere cogerenť. Poſtq̄ uero egreſſi ſunt in eos ꝑturbatos immiſſi milites longe illos ſummouerūt: eorūq; machinas oēs incenderūt. Idem quoq; ad ſalariam portā accidit. Milites enim eruptione facta turres & machinas cremauerunt. Per hūc modū Roma eodē die & oppugnata pluribus locis & defenſa fuit. Ceciderūt aūt in his p̄liis Gotthoꝝ ad tria milia: obſidio tamē durabat. Romani uero &ſi Beliſarii uirtutes admirabanť: tamē querela aduerſus illū erat: ꝙ contra tantas Gotthoꝝ uires exiguis ipſe copiis cōcitato bello Romā in p̄ſentes difficultates cōieciſſet. Quod ſentiens Beliſarius: neq;.n. erat obſcurū: &ſi alias hæc eadē Iuſtiniano ſignificauerat: tū tūc maiorē ī modū cōmotꝰ uehemētiꝰ ſcripſit: oſtēdēs obſidionē urbis Romę ac multitudinē hoſtiū &

paucitatē ſuoꝝ.Se enī in ſicilia ex eo quē duxerat exercitu Panormi & Syracuſis pſidia militū reliquiſſe.Neapoli ue/ro & cumis & aliis per Italiam oppidis a ſe receptis:quod neceſſariū fuerit pro illoꝝ tutela milites poſuiſſe:Sibi tātū modo ad qnq; milia militū reſtare.Obſideri uero a Gotthis ducentoꝝ miliū exercitu.Romanos hoꝝ piculoꝝ inſuetos haud quaq̄ obſidionē toleraturos.Quātū uero ad ſe attinet ſemel uitā ſuā īpatori Iuſtiniano deuouiſſe:nec ſua referre tarde uel cito intereat:cæteꝝ uidēdū eſſe qd ea res honoris uel infamiæ īpio Romano ſit allatura. His lr̄is Iuſtinianus acceptis ualde cōmotus eſt:ac ſtatim copias quaſdā iā para tas nauigare ī Italiā iuſſit:& maiores alias parare cōſtituit. Præerāt aūt his copiis quas iā parauerat Valerian9 & Mar tinus.Eaq; hyeme p ætoliā & acarnaniā hyemauerant.Ro/manos hæc ſignificata ī ſpem cōtinuere:aduētū coꝝ primo quoq; tpe expectātes.Dū hæc Romæ gerunt̄ Aſinarius & Vligiſalus Gotthoꝝ duces quos in Dalmatiā Vitigis cum exercitu miſerat:claſſemq; inſup illis dederat cōiunctis ſibi maximis barbaroꝝ copiis ſalonas mari terraq; obſederūt. Cōſtātianus enim īpar tātis hoſtiū copiis munita prius affa tim urbe obſidionē tolerabat.Nōnūq̄ ēt urbe egreſſus ma/xima Gotthis dāna mari terraq; inferebat.Roma inter hæc obſideri durius cœpit.Vitigis enim qm̄ expugnatio prius tentata turpiter ei ſucceſſerat:inqetior inde factus cūcta ri mari ac pſcrutari nō deſtitit:qbus obſeſſos pmaxime affli/geret.Portus erat iuxta mare a dextera tyberis fluuii ripa: ſuperq; eo urbs ualido muro cincta:eo in loco naues cūcta quæ mari ferunt̄ deponebant. Inde rurſus terra uel fluuio

Romā portabant᷑. Vitigis igit᷑ magnis ſuoꝝ copiis repēte & inopinato miſſis urbē portuēſem cepit. Oppidanis cōtra ſubitā Gotthoꝝ uim nequaꝗ̄ ſatis ad reſiſtendum paratis. Ex huius occupatione urbis magnæ cōfeſtim difficultates Romæ creuerūt frumēti ac cæteraꝝ reꝝ quæ uſui ſunt im- portandi facultate ſublata. Nā Gotthi quidē præſidio mili- tū ibi relicto oppidū ac fauces tyberis cuſtodiebāt: nec im- portari qcꝗ̄ patiebant᷑. Nec multo poſt Vitigis Rauēnā mi ſit: q ciues Romanos oēs quos obſides duxiſſe ſupra oñdi- mus interficerēt. Erāt uero in his multi ex nobilitate: multi etiā ex plebe pręſtātes uiri: q oēs interfecti ſunt præter pau cos: q re prius cognita aufugerūt. In quoꝝ numero fuerūt Ceruentinus: & reparatus Vigilii: q poſtea papa fuit germa nus. Hi enim re præcognita in galliā fugientes mortē uita- runt: cæteri ꝓiecerūt. In hoc Romani populi dolore ob ci- ues Rauēnæ interfectos alius ſuꝑuenit dolor. Beliſarius de- fectū ānonæ timēs romanis ciuibus edixit ut filios & uxo- res & oēm inutilē bello turbā Nęapolim mitterent. Idē mi- lites quoqꝫ ſuos facere coegit: qbus uel ſcorta uel mancipia romæ forent. Vię aūt abeundi ꝑ id tēpus duæ ſuꝑerāt: una hoſtiēſis iuxta ſiniſtrā tyberis ripā uadētibus: alia mediter- ranea regione ꝑ ea loca quæ a caſtris hoſtiū erant maxime diuerſa: neqꝫ enim totā urbē ab initio cinxerant Gotthi ut diximus: ſed ab aurelia porta ad preneſtinā obſidebāt. Per alia uero loca non temere neqꝫ ſæpe uagabant᷑. Nā & dāna incurrebant ſi longius a caſtris ſuis ꝓgreſſi forēt: & ſine ma gno copiaꝝ apparatu diſcurſare nō poterāt. Ex quo fiebat ut uia appia & hoſtiēſi ꝑ id qdē tp̄s tuto uaderet᷑. Romani

igit̃ uxores & filios & ĩbellẽ multitudinẽ emiſerũt.Pars eo
rũ ĩ cãpania:pars neapoli:pars in ſicilia ꝓut cuiq; cõmodiꝰ
fuit cõſtitere.Romæ aũt ãnona iuſſu Beliſarii diligẽtiſſime
ꝑ ſingula capita diſtribuebat̃.Per hæc tẽpa Liberius papa
in exiliũ actus eſt a Beliſario ſuſpitione coorta cũ gotthis
eũ ſentire.Nec multopoſt ſucceſſor ĩ põtificatu ei datus eſt
Vigilius papa.Alii quoq; e nobilitate romana ĩ exiliũ acti
ob eaſdẽ ſuſpitiones:quoꝝ e numero fuit Maximus:cuius
ꝓauus poſt Valẽtiniani mortẽ impiũ arripuerat.Inter hæc
Martinus & Valerianus quos a Iuſtiniano miſſos ſupra di
ximus romã uenert̃ habẽtes eqtes ad mille ſexcẽtos.Erãt ue
ro hi magna ex ꝑte hũni:aduẽtu hoꝝ eqtũ recreatus Beliſa
riꝰalia ratõe ꝙ̃ prius bellũ gerere cõſtituit.Nõ enĩ ſtãs intra
mœnia urbẽ tuebat̃:ſed ꝑ ſingulos dies emiſſo eqtatu ſubi
tis ĩcurſionibꝰ hoſtes uexabat.Ex quo factũ eſt ut mirificũ
hincinde accẽderet̃ certamẽ:& omnẽ experiẽtiã ueniretur.
Beliſarius enĩ ipſe ſciẽtiſſimus prœliãdi dux eqtes qua rõne
agendũ foret cõmonebat:mõſtrabat quouſq; ꝓgredi & ubi
cõſiſtere oporteret. Et mõ ꝑ ſalariã pincianãq; portã ſubito
emiſſis eqtibus ꝓxima gotthorũ caſtra fatigabat:modo per
aureliã portã alia gotthoꝝ caſtra quæ inter ſepulcrũ Adria
ni erant & miluiũ pontẽ infeſtabat.His certaminibꝰ Beliſa
rii eqtes præualere cœperũt:non quod totũ eqtatũ hoſtium
ferrent:ſed ꝙ parem uel ampliorem numerũ ſuperare uide
bant̃:peritiaq; bellandi & audacia anteire.In hũc modum
exercitatis equitibꝰ & iã contẽnere hoſtem aſſuetis cũ ſpes
atq; animi obſeſſorũ creuiſſent:eo deuentũ eſt ut nõ leuibꝰ
iam certaminibus:ſed iuſta acie decerneretur.Beliſarius enĩ

crebra præfectoꝝ ac militũ adhortatione fatigatus experi/
ri tandē maiorē pugnā decreuit:copiasq; ſuas in hunc mo/
dum diſpoſuit:primo aciē unā per aureliā portam exire:&
ante ſepulcrũ Adriani ad hoſtes uerſā ſtare iuſſit. Præficit
autē huic aciei Valentinũ equitũ præfectũ:eiq; ſupra eqta/
tũ pedites quoq; attribuit ex ueteranis militibus & ex po/
pulo romano q uolũtarie id munus ſibi popoſcerāt.Hos ue
ro pedites nō una cũ eqtibus ſtare:ſed ſiniſtros mōtes qui a
ianiculo diſcurrētes planiciei ſupeminent occupare manda
uit.Valentino autē pcepit ut q̄maximā expectationē inua/
dendi hoſtē pberet:cæteꝝ pugnā nō iniret niſi laceſſitus fu/
erit.Volebat enim illoꝝ Gotthoꝝ partē quæ in his locis ca/
ſtra fecerat tantũmodo detineri:ne prœlio quod ſalaria uia
cōmittere decreuerat auxiliũ ſuis ferre poſſet. Duas ſubin/
de alias ſtruxit acies:unā ad ſalariā portā:alterā ad pincia/
nā:in frontē equites:pedites in ſubſidiis utriuſq; collocauit:
atq; ita ſua quāq; porta exire & ad hoſtē pgredi iuſſit.Vi/
tigis Gotthoꝝ rex cũ ex trāſfuga poſtridie futuꝝ prœlium
cognouiſſet:Gotthos prima luce armari fecerat:Inſtruenda
acie pedites medios.A dextera uero ac ſiniſtra eqtes quaſi
alas diſpoſuit:Ita Beliſario obuiam pgreſſus prœlium cō/
miſit:milites igitur ab utraq; pte ſtatim acriter cōcurrunt.
Duces uero poſt eos ſtantes hinc Beliſarius:illinc Vitigis
ſuos adhortabantur.Et ab initio quidē pugnæ Beliſarii mi
lites longe præualebāt:multiq; cadebant ex Gotthoꝝ acie.
Et pugnabatur ſub ipſis hoſtium caſtris.Multitudine tamē
abundantes Gotthi in cadentium loco alios ſummittebant.
In hunc modum ad meridiem uſq; pugnatum eſt:neutra

pte ſupante. Alacrius tñ Beliſarii milites dimicabãt. Gotthi ſolũ patiẽtia cõſiſtebãt. Inter hęc q̃ ad ſepulcrũ Adriani ſtabat acies ꝑliũ cõmiſit. Multitudo.n. populi Romãi ex collibus deſcẽdere in Gotthos cepat. Et Valentinus implicatos ſuos ꝑlio cernẽs aciẽ cui ꝑerat a ſepulcro Adriani cõmouit atq; hoſtes inuaſit. Nec diu tulerũt Gotthi ꝑſertim multitudine illa populi quæ de ſupioribus locis deſcẽdebat cõteriti: nec in eoꝝ caſtra ſe recipe ualentes longius aufugerunt. Romanoꝝ aũt multitudo quã de montibus deſcẽdiſſe ſupra diximus: ſtatim ad caſtra hoſtiũ diripienda contendit. Quo facto nec ipſi pſecuti ſunt hoſtes: nec milites pſequi dimiſerũt. Rapinã.n. ab eis fieri cernentes milites ne expertes ꝑdæ forent: omiſſa pſecutione hoſtiũ ad caſtra diripienda ipſi quoq; cõuerſi ſunt. Ita Gotthi de manibus emiſſi cũ nemo pſequeret̃ in montibus ꝓximis conſtiterũt. Inde caſtra ſua agi ferriq; cernentes: cũ neq; ordinẽ neq; diſciplinã ullam in hoſtibus uiderent: ſeſe tandẽ cohortati rurſus hoſtes inuaſerũt: eoſq; impeditos ac rapinæ intẽtos pfacile ſuperarũt: caſtraq; & prædã illis abſtulerũt. Ad caſtra quoq; regia p hoc ipſum tp̃s mutari fortunã cœpit. Peditatus.n. pmultus ex Gotthoꝝ ꝓximis caſtris eqtibus Beliſarii obiectus cũ quaſi teſtudine ſcutoꝝ facta a fronte ꝑmeret: cogit tandẽ eos aliquãto pedẽ referre. Quod cũ uiderent equites hoſtiũ dextræ alæ impetu maiore Beliſarii eqtatũ ex trãſuerſo inuaſere. Nec longe tulerũt impetũ equites: ſed terga ad extremũ dantes ad peditũ ſuoꝝ aciẽ ſe receperunt. Nec ea quidẽ ſuſtinuit uim hoſtiũ: ſed magna ſuoꝝ cæde in fugam uertit̃. In hoc tamẽ loco duoꝝ centurionũ uirtus plu

rimũ eluxit. Principio & Taruunti noĩa illis fuerũt: qui in fuga cæterorum locũ ſuũ non deſerẽtes impetũ Gotthorum diu ſuſtinuerũt: ſpaciũq; dederũt ſuis ſe in urbẽ recipiendi do/ nec Principius toto corpore uulnerato pugnans cecidit: & circa illũ cõmilitonũ ſuorum quadraginta duo. Taruũtes aũt pari uirtute ꝑditus cũ ſanguis ꝑmultus ex uulneribus ma/ naſſet: uireſq; deficerẽt a fratre ex ꝓlio ui retractus & ad pi cianã uſq; portã reductus ibi corruit. Poſt hæc milites effu ſo curſu ad urbẽ refugerũt. Stantes uero in mœnibus Ro/ mani clauſerũt portas ueriti ne hoſtes ſimul urbẽ intrarẽt. Itaq; nõ parua militũ pars excluſa eſt: qui aggerẽ trãſgreſſi terga ad mœnia faciẽ ad hoſtes conuerſi ſtabãt unicã habẽ tes ſalutis uiã ſi e mœnibus defenderent. Nam tela pleriſq; deerant qbus tueri ſe poſſent: oĩbus uel in fuga abiectis uel in prœlio cõfractis. Sed qui pro mœnibus ſtabãt: eos lapi/ dibus tutati ſunt. Pugna hæc ad caſtra Gotthorum ab initio cœpta: poſtremo ad portas ac mœnia deſiit. Ceciderũt aũt ex Beliſarii militibus ꝑmulti ac maxime uirtute ꝓſtantes. Poſt hoc ꝓliũ Beliſarius aliquot dies pugna abſtinuit mœ/ nia ſolũ tueri cõtentus. Tandẽ uero cõfirmatis militũ ani/ mis rurſus educere illos cœpit. Non tamẽ totis pugnare co piis amplius auſus eſt. Leuia tantũ ꝓlia ut prius conſueue/ rat facere pſeuerauit. Et fuerũt nõnulla ualde inſignia: ꝓſer/ tim aduerſus illa gotthorum caſtra: quę erãt citra miluiũ pon tem ad aureliã portã conuerſa. Eſt. n. ibi planicies equeſtri/ bus ꝓliis ualde apta: in q; ea planicie theatrũ eſt ad ludos gladiatorios uetuſtis tꝑibus ædificatũ. Circa id theatrũ ma xima certamina fuerũt: quod aut Beliſarii milites id thea/

romani uirti

trũ occupabãt:& quaſi caſtris illo utebant̃:uel gotthi pue-
nientes inſidias in eo ponebãt. Quin & ad portã ſalariã &
ad pincianã p ſingulos ferme dies leuia p̃lia cõmittebant̃.
Gotthis igit̃ obſidionẽ in lõgũ trahi cernẽtib9 unica puin-
cendi ſpes reliqua uidebat̃ ſi fame Roma p̃meret̃:licet eni
portus ablatus magnas difficultates uiſus eẽt afferre:tñ ut
eſt hoĩum induſtria p̃ſertim in indigẽtia ſolers:onerarię na-
ues quæ portũ ſolebãt petere antiũ petebãt. Ibiq; expoſitũ
frumẽtũ & alia neceſſaria pedeſtri itinere Romã deferebã-
tur. Volentes igit̃ Gotthi cõmoditatẽ quoq; iſtã Romanis
auferre octaua circã urbẽ caſtra poſuerũt iter latinã & ap-
piã uiã. Sunt.n.in his locis aquæ ductus duo fornicibus q
ſe interſecãtes quaſi in duo brachia ſcinduntur:relictoq; in
medio aliquãto ſpacii iteꝝ cocũt. Diſtat aũt ab urbe milia
paſſuũ circiter quinq;. Hunc igit̃ mediũ locũ occupantes
gotthi murũ iter colũnas arcuũ undequaq; fecerũt ex lapi-
dibus & luto:caſtraq; p hũc modũ minutiſſima habuerũt.
poſuerũtq; in his caſtris ſeptẽ milia equitũ q ſupra infraq;
infeſtãtes latinã & appiã & hoſtiẽſem uiã impediebãt oẽm
importãdi facultatẽ p̃cedẽtes. Ex hoc admodũ durior ob-
ſeſſoꝝ cõditio reddebat̃:ac fames haud dubia imminebat.
Quã diu tamẽ ſegetes in agris fuere milites noctu Roma
egreſſi frumẽta ĩportabãt:ac magno p̃cio ciuibus uẽdebãt:
atq; ita indigẽtia ſuſtentabat̃. Vbi uero hæc quoq; facultas
defuit:tũc deſpata oĩa uidebant̃. Iã ſolſtitiũ uenerat ęſtiuũ
& peſtis Romæ graſſari incœperat:freq̃ẽteſq; moriebant̃
nõ e plebe modo Romana uerũ etiã ex Beliſarii militibus.
Res erãt in ſummis difficultatibus atq; anguſtiis. Itaq; ad

Beliſariũ uenientes Romani fortunã ſuam conqueſti ſunt:
quod fidẽ imparatoris ſecuti in p̄ſentes inciderint calamita/
tes. Suos.n.ciues miſerabiliter interfectos Rauẽnæ fuiſſe
ab hoſtibus: urbẽ a barbaris ignominioſe obſeſſam:extra
mœnia uaſtata oĩa atq̃ cõſumpta:Int⁹ uero fame ac oĩum
reꝝ penuria intolerabiliter p̄mi.rogare Beliſariũ ut ſe ĩ ho/
ſtẽ educat. Præſtare.n.ſibi armatis mori q̃ fame tabeſcere:
ac tãtas calamitates dedecoraq̃ pferre. Beliſarius uero hæc
audiẽs nõ ſatis clæmẽtes rñdit illis.Eos qdẽ temere incõſul
teq̃ deferri inqt.Quod ea ſit natura pp̄loꝝ ut ĩpetu magis
q̃ rõne moueant.Se cõſilio ac rõne non impetu animi regi
cõſueſſe.Expectare ab impatore copias qbus adiũctis ſi pu
gnãdũ fuerit certã ſuis uictoriã polliceri ualeat. Eaſdẽ illas
copias infinitã quãdã uim frumẽti ſecũ afferre.Proinde ab/
irent:ac ſibi curã belli relinquerẽt. Romanis p hunc modũ
uel conſolatis uel deteritis ipſe animũ in eam cogitationem
traducere cœpit queẽadmodum Gotthis difficultates rei fru
mentariæ quãplurimas inferret.Eius rei gratia hęc ꝓuidit
Conſtantinum & Traianum cũ equitibus mil/e Taracinã:
Martinum & Seuthim cum quingẽtis tybur miſit. Aliam
item manũ equitũ apud albam collocauit. Hiſq̃ omnibus
pręcepit ut q̃maxime poſſent cõmeatus impedirẽt ad Got/
thoꝝ caſtra deferri:& ſimul adiuuarẽt Romã petere uolẽ/
tes.Ne uero caſtra ad aq̃ ductũ poſita nocerẽt p̄ſidiũ apud
tẽplũ Pauli apoſtoli cõmuniri fecit:eqteſq̃ in loco eo ſtatio
nes hr̃e iuſſit:& q̃ late poſſent uias a Gotthoꝝ incurſionib⁹
tueri.Eſt aũt eccleſia beati Pauli uia hoſtiẽſi diuerſa ꝓtin⁹
regione ab eccleſia beati Petri utraq̃ extra urbẽ:utraq̃ por

ticũ habẽs a porta urbis ad ipſam eccleſiã. Hæc duo apo/
ſtoloꝝ tẽpla Gotthi in tota illa obſidione nunq̃ uiolauerũt.
Sacerdotes ut prius libere in illis ꝑmanentes rẽ diuinã exe
quebant᷑. Cõſtantinus igit᷑ & Traianus taracinã ꝓfecti cũ
Neapoli ꝓfecturã Beliſarii uxorẽ Antoninã reliq̃ſſent: Ipſi
retro cõuerſi oppida illaꝝ partiũ quę Gotthis dabãt ſubſi/
dia ꝓuaſerũt: breuiq; effecerũt ut nihil penitus ex locis illis
ad Gotthos deferrent᷑. Martinus uero & Seuthis tybur ꝓ/
fecti cũ diſiecta eius oppidi mœnia refeciſſent: quotidianas
Gotthis moleſtias ex eo loco inferebãt: & cõmeatũ deferri ĩ
caſtra ꝓhibebãt. Idẽ fiebat ab iis q albã miſſi ſnnt. Ex quo
breui admodũ tꝑe euenit ut Gotthi obſidẽtes nõ minorib9
difficultatibus afficerent᷑ q̃ obſeſſi: & ſupra defectũ frumẽ/
ti peſtilẽtia quoq; caſtra Gotthoꝝ ꝓuaſerat. Inter hæc aliæ
copiæ a Iuſtiniano miſſæ in Italiã ꝓuenerũt. Fuerũt aũt eq
tes thraces octingenti: quos ducebat Ioãnes Vitaliani fra/
tris filius: ex delectu aũt mille trecẽti: q̃bus ꝓ̃erãt Alexãder
& Marcẽtius & Zeno: ꝑterea claſſe aducti fuerant peditũ
tria milia quos ducebãt Paulus & Conõ. Erãt ꝑterea Nea/
poli pedites q̃ngẽti quos parauerat pro copiis cæſarienſis.
Hę oẽs ſimul copię ĩ unũ cõuenictes romã petere cõſtitue/
rant. Afferebant uero ſecũ multũ ac magnũ cõmeatũ. Iter
eq̃tibus erat iuxta mare: claſſis aũt pedites deferebat. In ea
dẽ claſſe magna uis frumẽti: ꝑ terrã quoq; magno uehiculo
rũ numero frumẽtũ portabat᷑ Beliſarius aũt ſentiẽs eoꝝ ad
uẽtũ ac metuẽs ne Gotthi eos inuadãt hęc machinat᷑. Portę
flaminiæ quã ab initio obſidionis obſtrui fecerat demoliri
ĩpedimẽta ꝑ noctẽ iuſſit: ac milites prima luce ad eã portã

ſtructos paratoſq; cõtinuit. Traianũ uero & Diogenẽ cum mille eqtibus p pincianã portã emiſit: iubẽs ut ad caſtra hoſtiũ magno tumultu diſcurrant. Et cũ egreſſi in eos fuerint hoſtes; fugã ipſi arripiant: nec prius cõſiſtant q̃ ad portã ipſam unde egreſſi fuerant peruenifſent. Hæc facta cũ eſſent & ad pincianã portã prœliũ cõmitteret̃: Beliſarius cũ reliquo exercitu repẽte flaminia porta egreſſus ad caſtra Gotthorum cõuolauit: ĩparataq; & uacua ab ea parte reppit: utpote q a porta flaminia iãdiu obſtructa nihil penitus ſuſpicabant̃. Itaq; nõ multũ abfuit quin caſtra ipſa capent̃: uerſus deinde Beliſarius ad pincianã portã medioſq; nactus hoſtes cũ ipſe a tergo inuaſiſſet: illi uero q prius fugerãt a fronte repugnarent incredibili cæde illos oppreſſit: tantuſq; fuit ex hoc prœlio apud hoſtes terror ut in caſtris uigiliæ duplicarent̃: nec de ulla re cogitarent magis q̃ ut ſe ab inſidiis Beliſarii tutos p̃ſtarent. Per hunc modum impeditis & cõteritis hoſtibus copiæ nullo impedimẽto hoſtiã peruenerũt. Gotthi igit̃ multis incõmodis fatigati cũ inſup nouas ueniſſe Beliſario copias intellexiſſent: de diſſoluenda obſidione cogitare cœpunt. Iã enim multitudo ingens in eorum caſtris uel peſte uel ferro abſumpta pierat. Multi etiã morbo aut uulneribus deſeruerãt caſtra. Itaq; Vitigis legatione romã miſſa cũ multa hincinde dicta rñſaq; fuiſſent de iuſticia cauſę: tãdẽ ad Iuſtinianũ ĩpatorẽ cõtrouerſias deferri cõſenſit: ut ex ei9 auctoritate res cõponerent̃: legatiq; ob hoc miſſi ac triũ mẽſiũ indutiæ donec redirẽt legati factæ: obſideſq; hincinde traditi p ĩdutiis ex fide ſeruãdis. His cõfectis copię & cõmeat9 q̃ Hoſtię cõuenerãt: terra & fluuio romã deuenerũt.

gotthi ...

gotthi ... de obſidione ſoluenda

Legati ad beliſarium

CVM IN HOC ſtatu res eſſent:bellumq̧ ceſſaret ob indutias factas:Beliſarius ta/ men Romã:Gotthi caſtra:munitioneſq̧ cuſtodirent:querelæ & altercationes or/ tæ ſunt pro indutiis cõtra fidem uiolatis ex huiuſmodi cã.Præſidiũ Gotthoꝶ erat apud urbẽ portuenſem ut ſupra oſtendimus.Milites q erãt in præſidio cũ deficerent ſibi neceſſaria ad uictũ:urbẽ illã deſeruerunt:deſertã uero Paulus Iſauroꝶ præfectus qui hoſ ſtiæ cũ claſſe remãſerat occupauit. Nec multo poſt Cẽtũ/ cellas urbẽ maritimã ĩ tuſcis deſertas eodẽ modo a Gotthis Beliſarii milites ſuſceperunt.Albã quoq̧ urbem quæ eſt in marſis eodẽ modo deſeruerunt Gotthi:& Beliſarii milites occuparunt. Vitigis cum has urbes captas ab hoſtibus co/ gnouiſſet:oratores Romã miſit:qui ruptas contra fidẽ in/ dutias quererent.Portũ enim ac Centũcellas & albã Got/ thoꝶ oppida cõtra fas & æquũ ablata fuiſſe:nec deſeruiſſe Gotthos eas urbes:ſed uocatu ſuo ueniſſe ad ſe qui erant in præſidiis mox in eadẽ oppida reuerſuros:liberiuſq̧ id fiduſ cia indutiaꝶ factũ eſſe a Gotthis.Nec licuiſſe Beliſario eas urbes p indutias cape.Itaq̧ reſtitutionẽ facere debere. His legatis Beliſarius in hunc modũ reſpondit. Redite inqt ad regẽ ueſtrũ:eiq̧ dicite quę de uocatu redituq̧ pręſidioꝶ al/ legant ab eo cõponi:cæteꝶ oĩbus patere qb9de cauſis Gotſ thi eas urbes pro derelictis habuerũt:indutiis quidẽ eripere auferreq̧ uetari.Occupare uero quæ a nullo poſſident ne/ quaq̃ ꝓhiberi.Ex hoc ſuſpitiones inſurrexerunt quęrẽtibus

Gotthis paria Beliſario referre. At enim tres illæ urbes a Beliſario ſuſceptæ ꝑmagnas ſibi opportunitates ad bellū afferebant. Iam aduentabat hiems. Beliſarius uero copiis abundans mittere in hiberna eq̄tes cōſtituit. Miſit igit̄ & in alia loca & in agrū picenū equitū duo milia. Pręfecit autē his copiis quas in picētes miſit Ioānē Vitaliani: cūq; admonuit q̄d fieri in his locis uelit: eſſe q̄dē in picētib⁹ uxores ac filios Gotthoꝝ: Viros aūt ad obſidionē urbis Romę populariter acceſſiſſe. Si maneāt īdutię: nihil moueat: q̄ ſi Gotthi cōtra induciaꝝ fidē molianť: ipm oīa ꝑdari & rape: & oppida q̄ multa pōt cape mādauit. Si q̄d oppidū repugnet id obſidere iuſſit: nec ulterius ꝓgredi prius q̄ id cepit. Neq;.n. tutū fore poſt ſe hoſtiū oppida relinquētē ulteri⁹ ꝓficiſci: his uerbis ac mādatis Beliſari⁹ Ioānē ī picētes cū exercitu miſit. ꝑ hoc ipm tps Dati⁹ Mediolanēſis ꝑſul & cū eo ciues aliq̄ mediolanēſes ad Beliſariū uenīetes urbē Mediolanū in ꝑtātē īpatoris fore dixerūt ſi uel modicū ꝑſidiū eo mittat. Se q̄dē potētes eē nō Mediolano ſolū ſed uniuerſa ex Gallia Ciſalpina Gotthos expellere mō īpatorii nomīs auctoritas adſit. Hos Beliſarius benigne ſuſceptos ac multis āpliſſimiſq; uerbis cōmēdatos bonā ſpē hr̄e iuſſit: ac ſe cū tps fuerit facturū q̄ poſtulet affirmauit. Eodē tpe cū ꝓſpa ac lęta uiderenť eē oīa piculū ſupuenit horrēdū: q̄d puo momēto cūcta pene ſubuertit. Pręſidi⁹ erat q̄dā ciuis Ro. is cū rauēnę habitare cōſueſſet ab initio hui⁹ belli clā īde aufugerat: romāq; ꝓficiſcebať. In itinere aūt Cōſtātini milites ſpoleti degētes gladiū huic ꝑcioſe ornatū abſtulerūt. Is ergo ſpoliatus & iniuriā īdigne ꝑpeſſus q̄rela apd Beliſariū expoſita reddi ablata

ſibi poſtulauerat. Beliſariuſq; præcepat gladiũ illi reſtitui. Sed bello & obſidione poſtea urgente dilata res fuerat mili tib9 occupatis & duce maioꝝ reꝝ cura abducẽte. in hoc de mũ tpe cũ lætiora ut diximus cũcta eẽnt: Beliſario p urbẽ eqtãte Præſidius frenũ equi apprehẽdit: ac magna & q̃rula uoce multis audiẽtibus nũqd hoc mereat᷑ ciuis. ro. q apud hoſtes relictis oĩbus rebus ſuis aufugerit ut a militib9 eius ſpolieт᷑: & iniuria afficiat᷑ interrogabat. Se qdẽ cõtra iuiu/ riã & uim ſibi illatã ſæpius q̃relã poſuiſſe: nihil reportaſſe: cũ tñ illi ipſi q uim ſibi attulerint & res habeãt ablatas ĩ ur be atq; ĩ oculis eius quotidie uerſent᷑. Hæc dicta Beliſariũ pmoueſt Itaq; domũ reuerſus uocari ad ſe Cõſtãtinũ fecit: eius. n. milites erãt qui gladium abſtulerũt: ipſumq; p̃ſentẽ acriter reprehẽdit: q, ſæpius iuſſum ſuum reſtituẽdi gladii cõtẽpſiſſet. Ego uero inqt Cõſtãtinus potius illũ gladiũ ĩ ty berim abiiciã q̃ illi nebuloni reddã. Hęc ualde cõtumaciter & pterue. Tũ Beliſarius nũqd tu mihi ſubes? ſubſum inqt poſtq̃ ĩpator ita uult. Verũ in hac una re nũq̃ tibi parebo: cũ hæc audiſſet Beliſarius: magis iritatus eſt ac uocari ap/ paritores iuſſit. Cõſtãtinus ãt putãs in pniciẽ ſuã apparito/ res uocari furibũde arrepto pugiõe q ſibi ad coxã pẽdebat in Beliſariũ ruit: eũq; paulo infra ſtomachũ pcuſſit. Quod niſi circũſtãtes ſubito accurriſſent: ac ĩ extorto pugiõe ipm in manib9 apparitoꝝ tradidiſſent: ſuprema dies illa Beliſa rio fuiſſet: eiuſq; ĩteritus cũcta ſimul ſecũ ĩ ruinã traxiſſet: gotthiq; eodẽ die reꝝ dñi efficiebant᷑. Sed nõ pmiſit dei be guitas tãta mala cõtingere. Cõſtãtinus paulopoſt iubẽte Be liſario ĩterficit᷑. Nec multo poſtea gotthi furtim Romã ca

Cõſtantini contumacia
beliſarius uulneratur
conſtantinus interficitur

pere tentauerit:primo p aq̄ ductū quēdā uia noctu q̄ſita:de
inde ratibus traiecto ãne iuxta martiū cāpū.Sed utroq; in
loco eos fefellit ſpes.Nā & p aquæ ductū cōſpectu lumina
fraude illoꝝ detexerūt:&obſtruſo aq̄ ductu facultas eis p̄ci
ſa eſt inuadēdi:& ad campū martiū detecta ꝓditio conatū
eoꝝ iritauit:fuit aūt ꝓditio in hūc modū cōpoſita.Duo ex
infima plebe hoīes iuxta tēplū beati Petri habitabāt. Id tē
plū ut oñdimus:gotthi nñq̄ uiolauerūt:ſed ædificia eius &
hoīes in his hītātes ueneratione ap̄li illæſa ſeruabāt.hi ergo
duo ſermonē cū Vitige habuerūt de urbe pdēda.Q uęreba
tur uero facultas talis.Infra cāpū martiū quodā loco ualde
inutilia & pene neglecta erāt mœnia cōfiſis utputo ueteri/
bus munimēto tyberis.Vitigis igiť litres & rates & oīfariā
nauigia ad pontē miluiū parari fecerat.Noctuq; latēter ſe/
cūdo amne dimiſſis ratibus militibuſq; īpoſitis urbē inua/
dere cōſtituerat. Multitudine.n.exercitus in exteriori ripa
exiſtēte pfacile fore ſperabat ut expoſitis primis militibus
aliiq; atq; alii cōtinuo iiſdē ratibus trāſirēt.Vigiles mō q in
eo loco ſtabāt cogitationē ſuā īpedire uidebāť.Ad hoc q̄ſi/
ta duoꝝ Romanoꝝ ope pecunia ſibi conciliarat:traditūq;
eis ſopiferꝝ medicamētū uino admiſceř iuſſerat:ut uigilibꝰ
potū darēt:illi hauſto potu ſopirenť.His in hūc modū cō/
poſitis alter eoꝝ pœnitētia ductus rē Beliſario patefecit:ca/
ptoq; altero medicamētū ſopiferꝝ qd ſibi rex dederat reptū
eſt:ac tota rei ſeries tormētis exp̄ſſa.Huic igiť hōi iuſſu Be
liſarii naſus & auriculæ amputatæ:ipſe aſino īpoſitus p pi/
cianā portā ad caſtra gotthoꝝ miſſus eſt:ut cognoſceret Vi
tigis detectā eē fraudē & conatū ſuū patefactū.His ita ma

niſeſte deprehēſis:Beliſarius poſthac ſeruādas ſibi inducias nequaꝗ̄ exiſtimauit.Q uare ad Ioānē ſcripſit ut rē exequeretur.Ille.n.cū duobus eqtū milibus agrū picenū ꝑuadens uxores natoſq; gotthoꝝ cepit:ꝑdiſq; & rapinis regionē totā inuoluit.Vglitheū uero Vitigidis patruū cū gotthoꝝ copiis ſibi obuiā ꝓfecto ꝑlio ſupauit:ipſumq; ducem cū magna ꝑte copiaꝝ occidit:ita uictor factus omnia ꝑuadebat. Captis ꝑmultis agri piceni oppidis cū Auximo copias admouiſſet:cognouit id oppidū non magno Gotthoꝝ ꝑſidio cuſtodiri:ſed locū eſſe ualde munitū.Itaq; nequaꝗ̄ terendū in eo obſidendo tp̄s exiſtimans ad ulteriora ꝓceſſit: Idem quoq; ſtatuit de Vrbini obſidione.Vrbs enī munita & ualida longā obſidionē neceſſario poſtulabat:ipſe in celeritate ſpē collocauerat:Fanū & Piſaurū cepit. Deinde Arimino copias admouit ductus illa ſpe quod ciues Ariminēſes nō bene conuenire cū Gotthis audierat. Cum ei municipio copias admouiſſet:tantū errorē intulit Gotthis ut diffiſi in eo loco conſiſtere Rauēnā oēs demigrarēt:ciues aūt portas ſibi apuerūt.Per hunc modū Ioānes Ariminū cepit relictis poſt ſe duabus ualidis urbib9a Gotthis cuſtoditis Auximo ſcilicet & Vrbino.Fuit hoc totū cōtra Beliſarii ꝓceptū.Sed ipſe ꝑſtare cenſuit Ariminū cape ꝗ̄ circa Auximū & Vrbinū inaniter deſidere.inductus eſt inſup illa rōne:qd Arimino tam ꝓpinquo Rauēnæ oppido capto nō erat credendū Gotthis in obſidione urbis Romæ ꝑmanſuros:ſed celeriter eſſe abituros:quo rauēnā circūq; ea loca tuerent.Q uod & factū eſt:ſimul.n.atq; ītellexerūt gotthi ariminū eē captū: obſidionē urbis Romę diſſoluere atq; inde abire ſtatuerūt.

Itaq; Vitigis paucis poſt dieb9 crematis caſtris cũ oĩb9 got
thoꝝ copiis abiuit: In ipſo quoq; receſſu magna detrimẽta
ſuſcepit: ꝓpea q̃ media iã exercitus pte trãſgreſſa põtẽ Be
liſarius poſtremos a ſuis inuadi iuſſit: multiſq; gotthoꝝ in/
terfectis reliq tãto tumultu & feſtinatiõe põtẽ trãſire coacti
ſunt ut ab utraq; ſpõda multi ĩ flumẽ ꝑcipitarent. Durauit
aũt hęc obſidio urbis romę ãno integro: & diebus nouẽ cũ
idibus fere martii incœpiſſet. Poſt ſolutã romę obſidionẽ q̃
ab utriſq; facta ac ꝑuiſa fuerint ꝑſeqmur. Vitigis. n. licet ra
uẽnã ire ꝑparet urbes tñ Etruriæ & aliaꝝ ꝓuinciaꝝ cõtine
re in ptãte ſtudebat: quã ob rẽ mille eqtes Cluſiũ: totidẽ urt
beueterẽ miſit: Tuderti qngẽtos: auximi q̃ttuor milia collo
cauit: urbini duo milia: Ceſenæ qngẽtos: mõtiſfereti totidẽ.
Ipſe cũ reliquo exercitu ad obſidendũ ariminũ ꝑfectus eſt.
Beliſarius aũt poſt receſſum gotthoꝝ Martinũ & Ildigerẽ
cũ eqtibus mille feſtinare ariminũ iuſſit. Indeq; Ioãnẽ & eq
tes q cũ illo erãt abducere: pedites uero ibi collocare. Id ea
rõne faciebat: q̃d optimũ eqtatũ nolebat ab hoſtibus circũ
ſederi. Si. n. peditũ copiæ arimini forent uix putabat got/
thos eã urbẽ obſidere uelle. Et ſi obſiderẽt facilius toleratu/
ros obſidionẽ pedites q̃ eqtes exiſtimabat: cũ equos in obſi
dione nutrire difficillimũ ſit: pedites aũt ex ancona q̃ urbs
nuꝑ ĩ fidẽ uenerat mari ariminũ deferri cõmodiſſime poſ/
ſe. Ildiger ergo & Martinus celeriter ꝑfecti diuerſis ab ho/
ſte itinerib9 ariminũ ꝑuenerũt. Nã gotthi multitudine exer
citus facerẽ tardi9 iter cõpellebãt: hi expediti lõge ãnceſſẽt.
Cũ ergo ariminũ ꝑueniſſent: ac mẽtẽ iuſſũq; Beliſarii ſigni
ficaſſent: Ioãnes neq; ipſe parere uoluit: neq; Damianũ pa/

truclē cū ſuis eqtibus:ad quadringentos hi fuerunt:parcere pmiſit.Q uare Ildiger & Martinus arimino abeuntes oēm equitatū quē Beliſarius Ioāni dederat abduxerūt relictis ſolūmō peditibus & eqtatu pprio Ioannis & Damiani.Inter hæc Vitigis ueniens Ariminū obſedit:primoq; ſtatim tpe ligneā turrim muroꝝ altitudini parē fabricari fecit. Ducebant uero eā turrim nō boues ut Romæ factū erat:ſed milites intra machinā incluſi.Eā igit̃ tūc Gotthi cōtra illā muri ptē ubi facilior erat aditus cōſtituerūt:poſtridie urbē expugnaturi.Ioānes aūt p noctē eductis militibus foſſam latā & pfundā ab ea pte effecit:aggereq; totū ad eā ptē foſſæ quę ad mœnia uerſa erat cōgeſſit. Ita longū hoſtiū laborē unius noctis ope fruſtratus facultatē admouēdi turrim ad mœnia ſuſtulit:Vitigis nihilominus cōplere foſſam in aīo hēbat:totūq; exercitū parare faſces & ſtipulā & materiam iuſſerat.Ne uero turris ipſa nocte ſecutura ab hoſtibus cremaret̃:abducere illā retro uerſus caſtra ſtatuit. Id cū facerent Gotthi Ioānes eductis militibus illos ope occupatos inuadit.Cōmittit̃ magnū & atrox prœliū circa turrim:multi Gotthoꝝ cadūt:tādē poſt longū certamē turrim Gotthi retraxerūt:ſed tāta ſuoꝝ cæde tātoq; detrimēto optimi cuiuſq; pugnatoris ut ſpē abiiceret ui oppidū expugnādi ſed fame puincere obſeſſos cogitarēt.Per hæc ipſa tpa Mediolanēſibus legatis q Romā uenerāt auxiliares copias Beliſarius cōceſſit.Præfecit aūt oībus copiis Mundilā unū ex familiaribus ſuis uirꝝ ī primis ſtrenuū.Fuit etiā ſimul cū his copiis Fidelis Mediolanēſis:quē dom9 regię ppoſitū fuiſſe diximus.Hi oēs ex urbe Roma claſſe genuā delati inde pe

deſtri itinere Mediolanũ petiuerũt. Ne uero tranſitu padi
detinerenť:lempos uehiculis detulerũt:quibus tranſmittere
amnẽ poſſent. Profecti igiť ut diximus cũ tandẽ trãſmiſſo
pado ad urbẽ ticinũ quæ nunc Papia diciť pueniſſent:Got/
thi ex eo oppido egreſſi illos inuaſerũt. Quod enim id op/
pidũ arcẽ habebat munitiſſimã multa ac pcioſa in ea Got/
thi ſepoſuerant:ac magno ualidoq; præſidio illã tuebantur.
Cõmiſſo itaq; leui prœlio Gotthi intra urbẽ compelluntur.
Mundilas uero & copiæ p pontẽ qui iuxta urbẽ erat tran/
ſierũt. In hoc loco Fidelis Mediolanẽſis occidiť. Nã cũ orã/
di cauſa tẽplũ quoddã intraſſet:& abeuntibus ſuis ipſe po/
ſtremus tẽplo exiret equoq; detractante cecidiſſet:hoſtes q
pro mœnibus ſtabant hæc cernentes impetu facto illũ íter/
fecerũt priuſquã Mundilas & milites id animaduerterent.
Eius uiri interitus magno dolori fuit & duci & militibus.
Erat aũt uir domi nobilis & potẽs & q multũ iuuare ſuſce/
ptũ bellũ ſua pręſentia potuiſſet. Mundilas igiť & alii Me
diolanũ pfecti in urbẽ recipiunť:inde Comũ & Bergomũ
& Nouaria & aliæ illaꝝ partiũ urbes exẽplũ Mediolani ſe
cutæ Mundilã & milites ſponte ſua recepunt. Vitigis cũ ea
quæ Mediolani acciderãt cognouiſſet:Vraiã fratris filium
magno cũ exercitu ad ea loca trãſmiſit:qui & contineret in
fide ciuitates quæ nõdũ a Gotthis defecerãt:& illas q̃ iã de/
feciſſent recupare conareť. Scripſit ẽt ad Theudabertũ frã/
coꝝ regẽ qui cũ eo fœdus nup icerat petens ut auxilia ſua
Vraiæ cõiungeret:& res quidẽ galliæ ĩ hoc uel ſtatu uel ex
pectatione erãt. Beliſarius aũt cũ matureſcerent iã ſegetes:
Roma egreſſus exercitũ in hoſtes duxit. Gotthi uero q tu/

derti & qui cluſii in p̄ſidio relicti fuerāt Beliſariū aduerſus
ſe uenire ſentientes:qm̄ ſeſe impares fore tantæ dimicationi
exiſtimabāt:cōfeſtim miſſis legatis pactione oppida dedide
re.Inter hæc Vitigis alias inſup copias auximū miſit.Eam
nāq; urbē retinere ac ſeruare penitus cōſtituerat:miſit & cū
his copiis nouū præfectū:q urbi militibuſq; præeſſet noīe
Vaciniū.Is ergo cū ueteri præſidio nouas copias miſcuiſſet
Anconā finitimā urbē quæ Beliſarii præſidio tenebatᷣ:expi
ri cōſtituit.Quare ꝓfectus cū omnibus copiis in Anconi-
tanos duxit.Ea ciuitas ꝑ id tēpus in monte ſolūmō mœnia
habebat:planiora uero ſub mōtē loca q̄uis ædificiis frequē-
tata eſſent:tñ nullis mœnibus claudebantᷣ.Cū igitᷣ aduēta-
rent Gotthi Conon q præfectus militū Anconæ præerat ti-
mens ne ædificia ſuburbana habitatoreſq; eoꝝ ab hoſtibus
uaſtarentᷣ a ſuꝑiori oppido deſcendēs cū oībus quas habe-
bat copiis uenienti hoſti ſe obiecit.Erat uero Conon admo
dū impar.Quippe aduerſus quattuor Gotthoꝝ milia ipſe
uix mille habēs milites cōgrediebatᷣ.Itaq; temerarii cœpti
cōfeſtim pœnas luit.Cū enim tantā multitudinē hoſtiū fer-
re nō poſſet:ꝓfligatus ad extremū &in fugā uerſus magnā
ſuoꝝ partem amiſit:& urbs ipſa uix atq; anxia ea die ſerua
ta eſt.Nā cū fugerent milites effuſo curſu ad oppidū ciues
ne mixti fugientibus hoſtes intra mœnia penetrarēt portas
trepidi clauſerūt.Itaq; ſub ipſis mœnib9 magna ſtrages eſt
facta.Adeoq; urgens ꝑiculū fuit:ut Conon ipſe nō aliter q̄
per funē de mœnib9 demiſſum in urbē receptus ſit.Gotthi
uero ſcalis admotis cape urbē conabantᷣ. Alii igne cōiecto
ædificia omnia quæ ſub ipſam urbē fuiſſe diximus crema-

uerunt.Haud multo poſt hęc Anconę geſta:Narſes cũ ex/
ercitu nouo ueniſſe in Italiã nunciatus eſt. Erat uero Nar/
ſes eunuchus multũqꝫ gratia & potentia apud Iuſtinianum
ualebat.Deniqꝫ unus hic impatoris aulã plurimũ guberna/
bat.Idẽ quod maximũ eſt pecuniaꝝ impialiũ receptor ac
diſpenſator:idẽ cõſilioꝝ omniũ particeps & iterdũ auctor.
Adduxit autẽ in Italiã militũ qnqꝫ milia.Inſignes uero in/
ter hos erat Iuſtinus Illirici militis dux:& alter Narſes ge/
nere perſa.Secuti pręterea fuerant Eruloꝝ duo milia qbus
pręerãt Iſandrus & Phauotheus.Beliſarius inter hęc audito
Anconitanoꝝ ꝑiculo uenerat in picẽtes:idẽ fecerat & Nar/
ſes.Circa urbẽ ſimul duces ipſi & exercitus in unũ cõuene/
runt.Ibi cũ de cõmuni bello cõſultarent & qd potiſſimum
primo quoqꝫ tẽpore agendũ foret quęrerẽt:difficultates q̃/
dam ſubeſſe uidebant̃.Nã ſi auximũ obſiderent Ioãnes &
qui cũ illo obſeſſi erant Arimini manifeſto in periculo relin
quebantur:pręſertim cũ neceſſaria illis defeciſſent:ſin Ari/
minũ uaderent magnæ Gotthoꝝ copiæ quæ auximi erant
poſt terga remanebant cũ periculo exercitus ac detrimẽto
prouinciæ.In dicendis autem ſententiis pleriqꝫ eorũ qui or/
dines ducebant temeritatem Ioannis accuſabant:ꝙ contra
iuſſum Beliſarii ſeſe Arimini incluſiſſet:ꝙ ſuperbia & aua/
ritia ductus cuncta pro arbitrio fecerit nullo reſpectu du/
cis aut mandatorũ.Id cum animaduertiſſet Narſes ueritus
ne his rõnibus Ioãnes negligeret̃(erat eni ſibi amiciſſimꝰ)
in hũc fere modũ ſnĩam dixit:cũ de publica o uiri utilitate
cõſulit̃:eſt qdẽ ut exiſtimo utilitas ipſa ꝑ ſe inſpiciẽda:nec
aliis reſpectibus uel odii uel amoris peſſundanda. Atqꝫ ego

remotis aliis cũ rẽ de qua cõſultamus attẽdo:hãc differẽtiã uideor mihi diſcernere:quod ſi obſidionẽ auximi nũc diffe ramus:nil tñ uetat poſt aliquot dies eandẽ obſidionẽ aſſu/ mere:ſubuenire aũt militibus q̃ arimini obſidentur:ſi nũc differamus nõ licebit poſtea ſubuentionẽ facere:fame.n.do miti intra paucos dies ſeſe dedere hoſtib9 cõpellent̃.Quis igit̃ rectus exiſtimator dubitet illuc eſſe ꝑperãdũ ubi irre/ parabile piculũ urget̃? At nõ meret̃ Ioãnes:quod & mãdat toꝝ ducis cõtẽptor fuit:& ſe ſponte ſua in id piculũ conie/ cit.Sint hæc uera oĩa quæ de Ioãne dicunt̃.Quid ergo an odio Ioãnis & urbem ariminũ tanta exiſtimatiõe dignã & optimos innocentiſſimoſq; milites q in ea obſident̃ amitte re ſuſtinebimus? Te aũt q̃ſo dux optime ac p̃ſtantiſſime Be liſari ſi a Ioãne offenſus es uindictam eius delicti aduerſus impatorẽ Iuſtinianũ exercere uis:cui & ariminũ & milites perirẽt cũ magno rei.p.uulnere.De nobis deniq; ipſis &de exercitibus nr̃is quę tandẽ exiſtimatio erit ſi in oculis pene nr̃is perire ſocios & urbẽ obſeſſam capi ab hoſtibus nobis ſedẽtibus & ſpectãtibus pmittamus? Ego igit̃ his rõnibus pmotus ducẽdũ exercitũ ꝑpere ariminũ & opẽ obſeſſis fe rendã cenſeo:poſtea uero & aux imũ & alia inimica loca ſi id uidebit̃ obſidendũ.Adiuuauit Narſetis ſnĩam quod lit/ teræ Ioãnis ad Beliſariũ ſcriptæ p hoc ipm tp̃s uenerũt:q/ bus fame cõfectos milites pepigiſſe morã ſeptẽ dieꝝ ſignifi cabatur:opẽq; ſibi ꝑpere ferri poſtulabat.Snĩa Narſetis in cõſilio approbata cũ ſubuenire q̃primũ ſtatuiſſent:Beliſa/ rius in hũc modũ ꝑuidit:primo Aratũ cũ militibus mille in illis ipſis locis remanere iuſſit:eiq; p̃cepit ne ſe cõmoueat

ne ue fortun ã ullam tentet:caſtra ſolũmõ ſi hoſtis adueniat
tueaẽ.Deinde claſſem ornauit:ĩpleuitq; militib9 qb9 Hero
dianũ & Vliariũ p̃fecit:ĩpiũ uero totius claſſis penes Ildige
rẽ eẽ uoluit:naueſq; ſtatim ariminũ uerſus nauigare iuſſit:
Partẽ uero exercitus Martino ducẽdã tradidit iubẽs ut eqs
ſpaciis cũ claſſe p littus iter facerẽt. Cũq; ĩ cõſpectũ uenif/
ſent hoſtiũ:tũc ignes de induſtria plures ĩ caſtris fierẽt:quo
maioꝝ copiaꝝ opinionẽ p̃berent. His itaq; p mare littuſq;
cõſtitutis ipſe diuerſa a mari uia p urbẽ ſalniã tenuit:ea fui Salnia
it quõdã urbs magna ſatis quã Alaricus & Gotthi q primi urbs
in Italiã trãſiuerũt:ad ſolũ euerterãt ita ut p̃ter ruinas nihil
ſupeſſet.Per hãc igiẽ trãſiẽs Beliſarius mõtibus iter fecit:ui
tata planiori uia q̃ p Fanẽſem Piſaurẽſemq; agrũ ariminũ
ducit.Cum.n.multo maiores hoſtiũ copiæ circa Ariminũ
eẽnt q̃ ipſe hẽbat:ualidas ẽt Gotthoꝝ copias Auximi relin
queret ſibi poſt terga cenſebat ingenio potitus & aſtu eſſe
utẽdũ aduerſus gotthos q̃ iuſta acie dimicãdum.Profectus
igiẽ qbus diximus itineribus cũ ad eos montes pueniſſet q
cõtra ariminũ inſurgũt:quoſdã hoſtiũ ut par eſt in magno
exercitu p ea loca uagãtes offendit:qbus uel interfectis uel
captis nõnullos eoꝝ uulneribus faciem cæſos dimitti iuſſit.
Illi uero ĩ caſtra gotthoꝝ redeũtes Beliſariũ adeſſe cũ toto
exercitu nũciarẽt:ad fidẽ uero huius rei uulnera recẽs acce/
pta oſtendebãt.Erat uero meridies cũ hæc in hoſtiũ caſtris
nũciata ſunt:ſtatímq; arma cape miles iuſſus:& ĩ ſuos qſq;
ordines redactus.Duces uero ſtructa acie deſcẽſũ Beliſarii
expectabãt oculos cõtinuo ad mõtes unã uenire dicebaẽ cõi
uerſos tenẽtes Beliſarius ĩ mõtibus ipſis caſtra fecerat pcul

arimio meridiei itinere:nec ea die ad hoſtes deſcēdit. Itaq;
gotthi fruſtra expectātes tādē ad occaſum ſolis aciē diſſol/
uerūt. Sed cū aduenisſet nox ignes ꝑmultos ī littore diuer/
ſa regiōe qua Beliſarius uenire nūciabaṫ intuētes:erāt aūt
ignes quos Martinus atq; ei9 caſtra faciebāt maxīo ī metu
ea nocte uerſati ſunt:nec fuit eoꝝ qſq̄ q ſomnū capet uel ar
ma exueret:die aūt facta claſſem inſup cōſpiciūt ſtructā ac
paratā arimino ꝓpinquātē. Itaq; a duob9 ſimul exercitibus
& a claſſe mari terraq; circūuētos ſe arbitrati obſidionē ili/
co diſſoluerūt:nullo ordine Rauēnā ex fuga repetētes. Ildi/
ger cū claſſe primus arimino applicuit:egreſſuſq; in terrā
caſtra gotthoꝝ diripuit. Nec multo poſt Martinus & Beli/
ſarius cū exercitibus ſupuenerūt. Cū uero Ioānē & milites
q cū eo obſeſſi fuerāt pallore & inedia cōfectos Beliſari9 cō/
ſpexiſſet cōuerſus ad Ioānē q̄ſi ei9 temeritati illuderet pma
gnas inqt gr̄as Ildigeri debes. Ad hæc Ioānes ſupbe nimiū
rn̄dit:Se Ildigeri quidē nullas debere gr̄as:ſed Narſeti oēs
oñdere uolēs nullā Beliſario curā fuiſſe ſalutis ſuę niſi Nar
ſes cōpuliſſet. Verba hęc Beliſariū turbarūt:& fuerūt diſſen/
ſionis initiū. Ioānes.n.poſthac Beliſariū formidās Narſeti
adhęſit:Cæteri quoq; familiares malis ſuaſionibus Narſetē
irritabāt:nec decere aiebāt q̄ſtorē īpii & ſecretoꝝ oīum pti
cipē ſecreta Beliſarii ſeq ꝑſertim cū īpe Narſes hēret exerci
tū nūero ac robore uiroꝝ ꝑſtātē lōge Beliſarii exercitui:de/
bereq; Narſetē recupatę Italię gl'iā ſibi nō Beliſario uēdica
re. Hęc Narſetē ita extulerūt ut ſeorſum caſtra ſua faceret/
ac nihil ex his ſeq uellet q̄ Beliſario uidebanṫ:ac ſua p ſe ce
pta cōſiliaq; de bello iniret:ſimul tū ad obſidionē urbini ꝓ/

fecti ſunt:nõ tñ eiſdẽ caſtris:ſed Beliſarius cõtra eã ptẽ urbis q̃ ad orientẽ ſpectat ſolẽ. Narſes uero ad occidẽtẽ cõſedit. Cum uero expugnare urbẽ Beliſarius ſtatuiſſet:machinaſq; pararet:Narſes q̃ſi rẽ uanã deridẽs poſt paucos dies q̃ eo uenerãt deſerta obſidione cũ exercitu ſuo ariminũ rediit:Beliſariũq; & ſuos reliqt deteriori cõditiõe q̃ ſi ipſe ab initio nõ ueniſſet:hoſtes uero cernẽtes ptẽ exercitus abire fiduciã ſupra modũ aſſumpſerũt:nec iã eã ptẽ q̃ remanſerat formidabãt. Beliſarius cõtra eã portã qua planior ad urbẽ eſt aditus:uineas agere incepat:& omnino expiri expugnationẽ cõſtituerat. Cum igiť ſe ad iſta pararet felicitate quadam accidit ut fons qui unicus urbini fuerat ſpõte ſua exareſceret. Quare deteriti q obſidebanť pactione inita urbẽ dedidere ut Gotthi urbinateſq; ciues impatori Iuſtiniano ſubeſſent æquo iure cũ aliis Italicis qui impatori parebãt. Vrbino recepto Beliſarius quoniã nondũ auximi tentanda obſidio uidebať in urbeuetanos exercitũ duxit. Eius quoq; urbis difficillima expugnatio erat: quoniã in ſaxo undiq; præciſo conſtituta nullum fere aditũ expugnantibus dabat. Sed ſpes erat in defectu frumẽti. lõgo enim bello attrita Italia ac multis exercitibus calcata ſingulæ ciuitates frumenti penuria laborabant. Qua etiam penuria urbs uetus ad extremum domita in Beliſarii poteſtatem deuenit. Narſes cum Arimini eſſet Ioannẽ Vitaliani cum exercitu miſit ad oppidũ Ceſenã expugnandũ. Ibi dum mœnia ſcalis aggreditur repulſus multis uulneribus frequentes ſuorum amiſit:& Phanotheus Erulorum dux in ea oppugnatione interiit:q̃ ob rem Ceſena deſiſtens Ioannes ad forum

Cornelii duxit:eamq; urbem dantibus ſeſe incolis ſuſcepit.
Per idẽ tempus Mũdilas & q cũ illo Mediolani erãt maxi
mis difficultatib9 inuolui cœpunt. Theudebertus enim frã
co℞ rex ab Vitigide ut diximus ex fœdere poſtulatus. x. mi
lia burgundionũ ad Vraiã miſerat:q̃ ille multitudine fret9
nõ ꝓcul Mediolano caſtra faciebat:& ĩportationẽ frumẽti
cęteriq; cõmeatus oẽm ĩpediebat. Mũdilas copias ſuas Co
mi & Bergomi & Nouarię neceſſario diſꝑtitus fuerat. Ipſe
uero nõ magnũ equitũ nume℞ ſecũ habebat:ſed nõ erat in
defenſione urbis difficultas. Mediolanẽſes enim ciues una
nimiter ad defenſionẽ cõcurrebãt:ſed defectus ãnonę in ur
be populoſiſſima timebat̃:ſi barbari diutius ſtare in his lo
cis ſinerent̃. Hęc igit̃ intelligẽs Beliſarius Martinũ & Vli
ariũ cũ magnis copiis miſit ut Mũdilę cõiuncti barbaros
ſummouerẽt. Hi cũ ad flumẽ padi pueĩſſent qd̃ diſtat Me
diolano unius diei iter nõ auſi tranſire flumẽ timore hoſtiũ
diu in his locis deſederũt ſpẽ Mũdilę & obſeſſo℞ dieti fru
ſtrãtes:polliciti enim ſeſe trãſituros eſſe padũ & Mediola
nũ acceſſuros nihil ꝓmiſſo℞ exequebant̃. Obſeſſis uero in
dies ſpes ac uictus deficiebat. Tãdẽ uero poſt lõgã expecta
tionẽ Martinus & Vliarius ueritatẽ faſſi Beliſario ſignifica
rũt ſe ſolos cõtra tãtas hoſtiũ copias trãſire nõ poſſe niſi ue
lint ad manifeſtã pniciẽ ꝓficiſci:daret operã ſi ſibi uideret̃
ut Ioãnes & Iuſtinus q exercitũ nõ ꝓcul Bononiã hẽrẽt ſe
cũ iungerent̃. Beliſari9 his auditis confeſtim Ioãni Iuſtino
ſcribẽs p̃cepit ut copiis ſuis cũ Martino cõiunctis Medio
lanũ feſtinarẽt ad liberãdũ obſidiõe ſocios ĩ extremo piculo
cõſtitutos. Illi ãt nihil ſe facturos abſq; Narſetis iuſſu rñde

rūt:rurſus ad Narſetē Beliſari9 de ea re ſcripſit. Qui quāq̄ cōcederet exercitū illuc ꝓficiſci:tñ qa Beliſarii fuerat cœptū lente admodū & incurioſe q̄ſi alienū negociū agebat. Per hunc modū dilata res fruſtrationē ſuſcepit. At Mediolanū in dies acrius p̄mebat:& fame iā ītolerabiliter laborabat ī/terq; ſpē & metū traducta ciuitas eas ꝑtulit difficultates & anguſtias quæ uix hoīb9 ꝑferēdę ſunt. Tādē ad extremā ne ceſſitatē ꝑducti Mūdilas & milites ut in columib9 ſibi abi re liceat paciſcūt. Gotthi āt urbē ingreſſi nulli ętati pepce/rūt. Trucidati paſſim ciues nō mō q arma ferre poſſent ue/rū ēt ſenes & īpuberes:mulieres in ſeruitutē burgūdionib9 traditæ:urbs ad ſolū euerſa. Reparatus qdā Romanus ci/uis in ea urbe captus minutatī a gotthis cōciſus & canibus traditus ē. Ita pulcherrima ac populoſiſſima toti9 Italię ur/bs ob diſcordiā Narſetis & Beliſarii ultimā cladē ſubiuit. Interfecta ſunt in illa uaſtitate Mediolanēſium ciuiū ſupra .xxx. millia. Quę cū audiſſet Beliſarius ī maxīo luctu cōſti tutus ē:īpatoriq; Iuſtiniano ſcripſit rei toti9 initiū & ꝓgreſſum. Iuſtinianus aūt cū iſta cognouiſſet ægre ꝑtulit:non tñ queq̄ pūiuit. Narſetē ſolūmō ab Italia reuocauit:auctorita téq; totius belli penes Beliſariū eſſe iuſſit:ex hoc Narſes cū parte copiaꝝ in græciā abiit:Beliſarius aūt cū oībus reliqs copiis ī Italia remāſit:q cū de bello gerēdo liberius iā cogi taret q̄q̄ omnis eius cura in Vitigim & Rauennā erat cōuer ſa:tamē duo prius oppida gotthis adimēda ſtatuebat:q̄ ad uerſus Vitigim & Rauēnā exercitū duceret. Erāt uero hæc oppida auximū & feſulę:ambo ſitu locoꝝ munitiſſima:am bo ualidis gotthoꝝ præſidiis cuſtodita. Neq; enim auximū

poſt terga relinquere uolebat:cũ eſſent in ea urbe ſupra tria milia delectorꝝ militũ pmagna ĩpedimẽta ſociis inferre ua/lentiũ.Neq; feſulas qm̃ tenentibus eã urbẽ Gotthis nihil p hetruriã fore quietũ exiſtimabat.Exercitu igiť trifariã pari tito ipſe cũ una copiaꝝ parte ad obſidionẽ auximi ꝓficiſci ſtatuit.Aliã uero partẽ cum Cypriano & Iuſtino præfectis feſulas miſit.Tertiã copiaꝝ partem Martino & Ioãni Vitaliani ducenda cõmiſit:iubẽs ut circa padũ cũ his copiis caſtra faciant:Vraiãq; & copias eius in illis locis q̃maxime fieri põt diſtineant:ne in tuſcos uel in picentes ad diſſoluẽdas obſidiones uenirent.Quod ſi cõtinere illũ ab aduentu ne/quirent:uenientẽ pone cõſequanť.Martinus igitur & Ioã/nes cum ea quã diximus copiaꝝ parte in galliã ꝓfecti der/tonã urbem iuxta padũ ſitã occuparunt:Indeq; Vraiam & Gotthos infeſtare cœperũt.Cyprianus & Iuſtinus cũ aliis copiis feſulas adeuntes q̃q̃ difficillima eius urbis erat obſi/dio ꝓpter naturã aſperitatẽq; ſitus:tamẽ de ſuperiori loco qua planior eſt aditus q̃ ꝓxime admotis eam urbẽ obſede/runt.Beliſarius autẽ ipſe cũ longe ualida manu auximũ cir cũſedit.Vitigis optimũ quẽq; Gotthoꝝ auximi collocaue/rat:ſummaq; illi cura fuerat eius urbis muniendæ:cõiectãs id quod uериſſimũ erat nunq̃ Beliſariũ ad oppugnandum Rauẽnam eſſe profectuꝝ niſi auximũ prius in poteſtatẽ re degiſſet.Cũ ſitũ naturãq; loci Beliſarius ſpeculatus eſſet:ſpẽ omnẽ depoſuit auximũ per uim expugnandi.Sita eſt enim urbs loco ſatis arduo:ac inſuper manus egregia delectorũ militum eã tuebatur uel in campeſtri certamine repugnare apta.Spes uero unica ſuperat fame ac inopia rerum domi/

tandi præſertim cū multitudo ingens intra urbē obſideret̃.
Q uare Beliſarius oppugnationē omittens circa montem undiq; poſuit caſtra intentus q̄maxime ne quid importari ad obſeſſos ualeret. Cæteꝝ ea circuitio caſtroꝝ ut ad ꝓhibē dum importationē utilis erat: ita inutilis contra ſubitas ho ſtiū iuuaſiones. Nā qui obſidebantur: cōtra quas libitū erat caſtrorū partes de ſuperiori loco repentinos impetus facie bant. Cæteræ uero partes longe aberant: nec opē ferre mili tes facile poterant. Hoſtes igitur per hunc modū aſſidue ca ſtra fatigabāt: crebraq; ex eo prœlia cōmittebant̃. Erat præ terea non ꝓcul ab urbe locus quidā irriguus: in quo herba plurima oriebatur. Hic locus quaſi campus fuit quotidia norū certaminū: cum obſeſſores & obſeſſi pabulationē ex eo quærerent: & acceſſis hinc inde animis nonnūq̄ totis pe ne caſtris eo concurrentibus certarentur. In his prœliis Be liſarii milites multitudine: Gotthi ſitu præualebant. Virtute pares utriq; habebātur. Hæc eadē certamina feſulis erant. Nam & inuaſiones frequentes & quotidiana ꝓpe prœlia in ter obſidentes & obſeſſos cōmittebantur. Et unica ſpes obſi dentibus erat: fame ac defectu reꝝ neceſſariarū obſeſſos ꝑ uincere. Nam ui expugnandi urbē munitiſſimā nulla erat ſpes. Q uare undequaq; circundantes oppidū ſtationibus militū opportunis locis diſpoſitis omnē importandi facul tatem abſtulerant. Cū hæc eſſet conditio belli auximūq; in picentibus: feſulæ uero in tuſcis enixe obſiderent̃: nouę ꝓti nus res circa padū exoriunt̃. Frāci enim Theudoberto du ce ſupatis alpibus ꝑ citeriorē galliā ingēti multitudine de ſcenderunt. Cauſa uero trāſitus eoꝝ ut poſtea cognitum eſt

ílla fuit:qa cũ uiderẽt p citeriorẽ Galliã bellũ geri dolebat
gens bellicoſa ac pene ĩmanis finitimã ſibi regionẽ ꝑmioꝝ
eoꝝ q uiciſſent futurã:ipſos uero ſpectatores ocioſos ſede/
re:eos uicinos expectãtes quos uictoria ꝓbuiſſet:hæc tran/
ſeũdi alpes cã fuit. Vraias p id tꝑs crebris a Vitigide litte/
ris euocatus padũ trãſierat: Rauẽnã cũ exercitu petiturus.
Martinus aũt & Ioannes a Beliſario nup miſſi Vraiã ꝓue/
nientes caſtra nõ ꝓcul ab eo fecerãt:ut ſiqua poſſent trãſitũ
ꝓhiberent. Diſtabãt uero eoꝝ caſtra ab Vraiæ caſtris milia
paſſuũ circiter ſeptẽ. Inter hæc Franci circũ ea repẽte loca
ſupuenerũt. Hos Vraias & Gotthi ꝑp fœdus nup ictũ auxi
liares ſibi ueniſſe arbitrabant̃:ut ſupiori anno Mediolanẽſi
bello fecerãt. Erant uero Frãci qui tũc cũ Theudeberto al/
pes tranſierãt ad octoginta hominũ milia:hoꝝ ꝑpauci equi
tes erãt circa ipſum ducẽ:cætera uero multitudo omnis pe
deſtris. Arma uero ferebãt:nõ pila:nõ arcus:ſed ad ꝓtegen
gũ quidẽ corpus ſcutũ & galeã:ad feriendũ aũt hoſtẽ gla/
dium & ſecurim bipennẽ. In prœliis aũt maxime ſecuribꝰ
utebant̃:qbus ex cõpoſito feriẽtes ſcuta & galeas hoſtium
perfringebãt:ut nemo aduerſus tantã uim reſiſtere ualeret.
Hi ergo ut amici Gotthoꝝ ticinũ amnẽ apud oppidũ Pa/
piã pontẽ tranſgreſſi magnas:poſtea Papienſibus intulerũt
clades:ac ĩmanitate quadã barbara filios uxoreſq; Gottho/
rum per agrũ reptos occiderũt. Moxq; trãſmiſſo pado ubi
caſtris Vraiæ ꝓpinquarũt:ſiue cõſilio ſiue temeritate mul/
titudinis rixa & prœlio cũ gotthis implicant̃. Nec prius fi
nis prœliandi fuit q̃ Gotthi in fugã uerſi caſtra ſua deſerue
runt:fugienteſq; nõ lõge a noſtroꝝ caſtris admirationẽ plu

tima Beliſarii militibus intulerunt. Nihil enim audierant
de aduentu Francorum:Beliſarium ignotis abditiſq; itine/
ribus ueniſſe ad opprimendum Vraiam exiſtimabant.Ar/
mis igitur raptim ſumptis cum aliquanto progreſſi fuiſ/
ſent:inopinato Francis occurrerunt:inuitiq; pugnare co/
acti cito franguntᷣ.Neq; repetere caſtra auſi ſola fuga ſibi
conſuluerunt. Franci uictores una eadéq; die Gotthoꝝ &
Beliſarii copiaꝝ caſtra utraq; cæperunt:in illiſq; cõſtiterũt:
cõmeatu in utriſq; ſatis abunde inuento. Vraias ex fuga
Rauẽnam:Beliſarii autem copiæ per Placentinoꝝ & Par/
menſiũ fines ſupato apẽnini iugo in hetruriã abierũt. Hic
ſubitus francoꝝ aduẽtus Vitigi ſimul Beliſariũq; turbauit.
Maxima uero formido Beliſariũ habebat ne frãci in hetru/
riam deſcenderẽt:& copias illas quæ feſulas obſidebãt op/
primerẽt:Eſt aũt breue expeditũq; iter per Placentinũ Par
menſemq; agrũ in hetruriã deſcendẽtibus.Sed Frãci cõmo
rantes circa padum cũ neq; uina neq; cætera opportuna re
perirent:utpote in regione longo bello afflicta tantũmodo
bouina carne & aqua padi ueſcerentur:in uarios langores
breui ceciderunt.Quibus uexati cũ frequentes eoꝝ more/
rentur:ſtatuerunt retro abire:ac ꝑ eadẽ ueſtigia qua prius
uenerant in galliã ac trans alpes redierunt.Trãſitus igitᷣ frã
coꝝ hic finis tunc fuit.Qui uero feſulis obſidebanᷣ Gotthi
cum fame premerentur:ac ſæpius poſtulata auxilia non ue
nirent:tandẽ pactione urbẽ Cypriano & Iuſtino dedidere.
Illi autẽ ſuſceptis feſulis ac ꝓſidio militũ impoſito cũ reli/
quis omnibus copiis auximũ profecti ſunt. Nã Vitigis cũ
toto Gotthoꝝ robore illis qui auximi obſidebantur laturũ

ſeſe opē ꝓmittebat. Et Vraiæ pſentia hoc ipm polliceri ui/
debatur. Q uare Beliſarius quoq; eo copias undiq; contra/
here coactus eſt: ne lōgus obſidionis in irritū caderet. Vez
cū auxilia ſæpius ꝓmiſſa obſeſſis nequaq̄ uenirēt: ipſi tamē
præter opinionē ptinaciter durarent: ſtatuit Beliſarius eos
neceſſitate aliqua ad deditionē compellere: cuius rei gratia
hæc machinat̄. Fons erat perēnis aquæ extra mœnia auxi
mi ab ea parte oppidi quæ ad ſeptētriones ſpectat: ita pro
pinquus mœnibus: ut intra iactū lapidis foret. Eum fontē
Beliſarius tollere cōſtituit: quoniā animaduerterat obſeſſos
ex eo tantūmodo fonte aquā hr̄e: huius igit̄ rei cōficiendæ
cauſa ſub primā ſtatim lucē armari exercitū iubet: atq; ex
cōpoſito ad mœnia accedere. Gotthi uero oppugnationem
oppidi parari exiſtimātes p mœnia opportunis locis conſti
terūt. Beliſarius quinq; uiros huius artificii gnaros cū dola
bris & malleis ad hoc ipm paratis multoꝝ clipeis ꝓtectos
ad fontē effodiēdū deſtruēdūq; ſummiſit. Q ui poſtq̄ eo uē
tum eſt: fornicē quo fons deſup contegebat̄ ſubeuntes ſecu
ri iā a telis quę de mœnibus mittebant̄ demoliri fontē cœ/
perūt. At enim Gotthi poſtq̄ intellexere omnē conatū fieri
ad fontē demoliēdū egreſſi oppido ꝓliū acerrimū inierūt.
Pugnabat̄ ſub ipſis mœnibus loco difficili & ꝓcliui: Got/
this ad fontē tutandū accedere nitentibus: Beliſarii militi/
bus enixe repellentibus. In hoc prœlio multi ceciderūt: plu
rimi tamē ex Beliſarii militib9. Nam Gotthi de ſupiori lo
co feriētes pfacile hoſtes conficiebāt. Sed aderat Beliſarius
adhortator præſenſq; magna uoce ſuos impellebat: nec pe/
dem referre patiebat̄. Integros in ſaucioꝝ & cadentiū locū

continuo ſummittebat.Id certamē ad meridiē uſq; puenit:
cū ferre ab ortu ſolis cœptum fuiſſet:tandē maiore conatu
ſubnixi milites gotthos intra mœnia refugere cōpulerunt.
Moxq; retro abeuntes eos quos ad demoliendū fontē miſe
rant reuocarūt putantes opus iāpridē eſſe pfectum.At illi
uix paruā aliquā receptaculi partē demoliti fuerant.Cauſa
uero huius erat:ꝙ antiquitus tanta diligentia exædificatus
erat fons:ut multo facilius de uiuo ſaxo q̄ de muro eius de
meretur. Cum igit̃ labore irrito ſuſceptū id certamen ap/
pareret:Beliſarius quod reliquū erat:& ſucco herbaꝝ ma/
ligno:& cadaueribus iumentoꝝ & lapide quē aſueſtū uo/
cant inficiendā eius fontis aquā curauit:quoad eam peni/
tus inutilem reddidit:Gotthiq; iam penuria aquaꝝ laborā/
tes uix atq; anxie puteis quibuſdā exiguā corruptāq; præ/
bentibus aquā ſuſtentabant̃.Poſt hæc Beliſarius neq; prœ/
lio amplius laceſſere obſeſſos neq; moleſtias inferre ullas cu
rauit:ſed quieſcendo aſſidendoq; finē expectabat.Orta de/
mū mentio eſt deditionis:poſtulātibus Gotthis incolumi/
tatē & aſportationē reꝝ ſuaꝝ in urbē Rauennā pfecturis.
Quæ audiēs Beliſarius ſecum ipſe ambigebat.Nā tot tāq;
egregios bello hoīes dimitti & augeri hoſtiū uires qui Ra/
uennæ cōuenerāt:alienū ab utilitate publica exiſtimabat:
& ſedēdo ad auximū tp̄s in lōgū terere piculoſum arbitra/
bat̃:pſertim cū Frāci dicerent̃ in auxiliū Gotthoꝝ eſſe uē/
turi.Maxīe uero refragabant̃ milites qui ex lōga obſidiōis
erūna pdā ex oppido affectabant:nec ulla pactione ſe illa
priuari patiebant̃. Demū cū Gotthos penuria ac defectus
rerū:Beliſariū aūt importunitas tēporis urgeret:compoſi/

Fons inficitur.

ta res eſt magno Beliſarii labore:ut dimidia reꝝ pars militibus in prędã daret:reliquã Gotthi retineret: Vtq; Gotthi q erãt auximi in exercitu Beliſarii remanerent ęquo iure cum aliis militibus.Per hunc modũ cõpoſitę res ſunt:& oppidũ pactione traditũ.Auximo recepto Beliſarius aduerſus Vitigim & Rauennã ducere cõſtituit contractis undiq; copiis. Eo ꝓfectus ſtatim primo aduẽtu Maximũ unũ ex pfectis ſuis cũ parte copiaꝝ ad obſeruãdas cuſtodiẽdaſq; padi ripas miſit:neqd exinde Rauẽna importari ualeret. Vnũ.n. eius flnminis os nõ ꝓcul Rauẽnã mare influit. Vñ ẽt foſſa quadã deriuatus amnis Rauẽnã deducebat. Volens igitur añ oĩa hanc opportunitatẽ auferre Beliſarius Maximũ cũ pte copiaꝝ citeriori ripæ cuſtodiẽdę pfecit.Venit ẽt ex dalmatia Vitalis cũ aliis copiis a Beliſario euocatus:& alterã eius fluuii ripã obſedit.Accidit uero p hoc tp̃s res mirabilis & prius iaudita.Nã cũ magna nauigioꝝ multitudo ex gallia ueniret:frumẽtũ cęterũq; cõmeatũ Rauenã ferentiũ flumẽ ip̃m uſqadeo decreuit:ut pleraq; nauigia deſtituerẽtur.Ex quo factũ eſt ut a militibus Beliſarii oĩa capentur. Nec multo poſt eas captas flumen in ſuã magnitudinẽ rediit.Hoc fortunę indiciũ primũ fuit cœptis Beliſarii fauẽtis:nõ enim ſtabat memoria ullo unq̃ tpe id antea cõtigiſſe. Flumine igit padi facultas ĩportãdi Rauẽna p hũc modũ ſublata eſt.Mari uero ĩportari nihil poterat cũ ubiq; Gothoꝝ hoſtes mare poſſiderẽt.A terra uero Beliſarius cũ exercitu urgebat:nec ĩportari qcq̃ patiebat.Cũ Rauẽna ĩ hunc modũ obſideret:frãcoꝝ legati ad Vitigim uenerũt:offerẽtes frãcoꝝ in Italiã trãſitũ ac liberationẽ obſidionis:copia/

rūq̃ Beliſarii certiſſimã cladem:ſi in ſocietatẽ dominationis Gotthi recipe frãcos malint.Hęc magna uerbor̃ iactãtia p legatos francor̃ explicata mentes audiẽtiũ extulerũt.Q uĩ genta enim armator̃ milia tranſitura in Italiã pollicebant̃: quæ Beliſarius ſi ſapiat:nunquã ſit expectaturus:uel ſi expe ctaret ſecuribus francor̃ cũ ſuis omnibus cõfeſtim macta/ tũ iri prædicabant.Hæc tã grandia partim extollebãt Viti gim & Gotthos:partim deterebant. Nã uenturos in Italiã francos ac uictores fore nõ dubitabãt.Sed regni ſocietatẽ ſeruaturos eſſe nullo modo credebant.Itaq; nõ minus in p/ niciẽ cladẽq̃ Gotthor̃ uenturos eſſe francos ſuſpicabantur q̃ in pniciẽ hoſtiũ ſuor̃.Hanc cor̃ ſuſpitionẽ augebat Beli ſarius.Dux enim ſagax & rebus gerendis aptus confeſtim ubi ueniſſe legatos francorũ cognouit:ſuos & ipſe legatos Rauẽnã miſit:qui & cõcordiã Gotthis cum impatore Ro. offerrent:ac infidelitatẽ francor̃ cõmemorando ab illorum ſocietate deterrerent.Gotthi igitur francor̃ & Beliſarii hinc inde auditis legatis:quid optimũ foret cõſultantes:poſt lon gam diſceptationẽ impatoris concordiã prætulerunt. Per hunc modũ legati francor̃ irrita legatione dimiſſi ſunt:& frequentes poſthac cum Beliſario tractatus habiti:crebriq̃ hinc inde nuncii oratoreſq̃ cõmeabãt.Deniq̃ tractatuũ re/ rũ hic exitus fuit:ut cõtrouerſiæ omnes ad arbitriũ impa/ toris Iuſtiniani delegarent̃.Huius rei gr̃a oratores ad Iuſti nianũ miſſi:& induciæ quædã inter obſeſſos & obſidentes fuere.Inter hæc accidit ut horrea publica quæ erant Rauẽ næ cũ omni frumento cremarent̃:quæ quidẽ res in maxi/ mas difficultatẽs Gotthos adduxit:cũ & fruméta incendio

conſumpta eſſent:& Beliſarius importari nõ ſineret:illa ut aiebat ratione quo magis ad æquas cõditiones Gotthi deſcenderent.Suſpitionẽ uero non paruã afferebat Vitigidi: quod unde ꝑueniſſet incendiũ ignorabat̃:alii fulmine:icta cõflagraſſe putabant:alii de ĩduſtria iniectũ ignẽ a qbuſdã maliuolis/alii opa Beliſarii factũ ſuſpicabant̃.Regia quoq; in ſuſpitionẽ huius incendii ueniebat:quoniã inuita ac repugnans uiolentis nuptiis ab Vitigide fuerat in mrimoniũ accepta inimico atq; infenſo animo erga uiꝝ eſſe putabat̃. Hoc igit̃ frumenti incendiũ Vitigim & Gotthos plurimũ turbauit:& quaſi ĩ deſpatione adduxit.Siue enim fulmine ꝑueniſſet incendiũ:ſibi deũ ac cælos aduerſari putabat:Siue de induſtria factũ eſſet:qbus iam cõfiderent neſciebant: Defectus certe annonæ breuiter ĩpendebat: nullaq; ſuperat importãdi ſpes:qm̃ Beliſarius poſt cremata horrea diligentius obſeruabat ne qd̃ importaret̃. Per hoc tp̃s Gotthi qui alpes incolebãt pleriq; ſe Beliſario dedere uelle ſignificarũt. Sunt uero ꝑ alpes plurima caſtella quæ a Gotthis antiqtus ibi collocatis tenebant̃.Alpes enim Italiã a gallia diſterminant:mirabiliq; altitudine inſurgunt:difficillimoſq; aditus habent:ualdeq; intererat eos aditus cuſtodiri. Qua de cã Theodericus Gotthoꝝ rex & ualidã Gotthoꝝ manũ cum cõiugibus & liberis per eos ſaltus collocauit:caſtellaq; & arces illis attribuit.Siſigis igitur unus ex Gotthoꝝ ꝓceribus qui in alpibus caſtella quædã habebat primus omniũ Beliſarii milites ad ea loca miſſos ſponte ſuſcepit:& alia caſtella idẽ facere ſuadebat.Erat per id tẽpus Vraias in citeriori gallia:exercitũq; parabat:quo Rauennam proficiſceretur.

Collegerat uero iam in exercitu ad quattuor milia militũ. Hoꝝ magna pars alpini erant:qui poſtq̃ audiuerunt Siſigim ad hoſtes defeciſſe:caſtella uero & arces in quibus ipſi natos uxoreſq; habebant tentari ante oĩa eo ducere Vraiam cõpulerunt.Igitur cũ omnibus copiis quas parauerat in alpes ꝓfectus Siſigim & milites Beliſarii obſedit.Hęc rurſus cũ audiſſent Ioãnes Vitaliani & Martinus qui caſtra tunc per galliã faciebant:ſine ulla mora & ipſi in alpes ꝓfecti caſtella quædã in ipſo itinere cepunt.In his frequentes uxores & filii eoꝝ qui cũ Vraia militabant capti ſunt:quæ poſtq̃ intellexerunt parentes ac mariti:eorũq; propinqui deſertis Vraię caſtris ad hoſtes trãſfugerũt:quo ſuos recuparẽt.Per hunc modũ Vraias a militibus ſuis deſtitutus cũ paucis in galliã reuerſus parandi amplius copias aut ſuccurrendi obſeſſis cogitationẽ abiecit.Ita Vitigis & Gotthi qui Rauẽnę erant deſerti a ſuis ac omni ſpe deſtituti obſidebant̃:maioreſq; cõtinuo difficultates ſubibant.Cũ hæc eſſet cõditio rerũ apud Gotthos legati ab imꝑatore uenerunt:Dominicus & Maximus ambo ex ſenatu:ferebant uero Iuſtiniani rñſum ad ea quæ Vitigis & Gotthi de cõcordia poſtulauerãt. Summa decreti Iuſtiniani hæc erat.Vitigis omnia trãs padũ loca retineat:citra padũ uero cuncta dimittat.Mediam uero pecuniaꝝ regaliũ partẽ imꝑatori tradat:reliquã partẽ retineat.Gotthi uero omnes qui citra padũ incolũt ſubiecti Romano imꝑio ſint.Locuti ergo prius cũ Beliſario legati: deinde Rauẽnã ingreſſi mãdata expoſuerũt:q̃ lętis animis ab Vitigide cęteriſq; Gotthoꝝ ꝓceribꝰ audita & cõprobata ſunt.Beliſarius autẽ hæc magno cũ dolore audiebat ſecum

ipſe indignans ac grauiter ferens quod cum plene habere uictoriã de Gotthis poſſet ſibi auferebat̃.Itaq; redeuntibus paulopoſt legatis ac ſubſcriptionẽ eius poſtulantibus ſub/ſcribere noluit. Quæ quidẽ res permagnas apud Gotthos ſuſpitiones peperit:uerentes ne doloſa pacis ſimulatione decipiantur:palamq; dictitare cœperũt ſe niſi conſentiat Be/liſarius nihil de pace eſſe facturos. Legati uero ipſi & qui ordines in exercitu ducebãt:Beliſarii factũ ualde indigna/bantur:eumq; non parere Iuſtiniani decretis inter nefaria reponebant.Nataq; ex his ſuſpitio eſt:quaſi Beliſarius ipſe imperiũ affectaret:ac tota mente ab alienatus a Iuſtiniano eſſet.Et hæc ſuſpitio plurimũ eo tempore increbuit. Qua opinione inducti clam ad eũ Gotthi miſerunt hortantes ut non alteri ſed ſibi ipſi occidentale imperiũ cõparare uelit. Gotthos enim ſi id faciat ſibi ſponte ac uoluntarie paritu/ros eſſe aiebant:regnumq; Italoꝝ ſimul atq; Gotthoꝝ cum indelebili potentia habiturũ.Hæc nunciabant̃ clam a pro/ceribus Gotthoꝝ. Senſit Vitigis hæc oblata:ſuoſq; & ipſe mittens nuncios ad hæc eadem Beliſarium cohortatus eſt. Beliſarius igit̃ iſta conſiderãs ac utilia fore arbitratus ſi cũ ſapientia gubernent̃:Ioannẽ Vitaliani & Beſſani & Aratũ magnos in exercitu homines:ſed nequaq̃ beniuolos ſibi diuerſa in loca cũ ſuis queq; copiis ablegauit:ſimulata cauſa quaſi tantæ ſimul copiæ difficilius alerent̃:alibi uero pabuli & cõmeatus maior facultas eſſet futura. Hæc fingebatur cauſa.Cæterũ illi allegabant̃:ne præſentes quicquã turba/rent.Ipſe autẽ poſt hæc oĩbus qui ordinẽ ducebant in unũ uocatis cum de Gotthoꝝ difficultatibus diſſeruiſſet:Quid

diceretis inquit:ſi nō ſolū ea quibus impator noſter cōten/
tus eſſe uidet̃:ſed etiā multo maiora.præſenti bello adipi/
ſceremur. Tunc pro ſe quiſq; laudauit maiora fieri ſi poſ/
ſint.his ita auditis nō aliter patefacta re conſilium dimiſit.
Nec multo poſt quodā e ſuis Rauēnā miſſo ſignificauit ſe
cōſtituiſſe ea facere quæ illi ſuaſiſſent:eoſq; hortatus eſt ad
rem accelerandā. Gotthi aūt utpote qui iā fame premebā/
tur ſine ulla mora legatos cū auctoritate publica ad Beliſa/
rium miſerūt.hi cū in caſtra ueniſſent:nihil corā militibus
locuti ſunt.Sed Beliſariū ſecreto cōuenientes ſe ea de cauſa
ueniſſe dixerūt:ut fidē ꝓmiſſionēq; ac iuſiurandū ab eo ſu
ſcipiant.Erant uero ꝓmiſſionū genera duo:unū de legiti/
ma gubernatione inſtitutiſq; Gotthoꝝ cōſeruādis:ac nemi/
ni ſuccenſendo pro his quæ ſupiori tpe facta eſſent:& alia
huiuſmodi q̄plura.Aliud quod ipſe Italię Gotthorūq; poſt
hac rex erit.Hæc ſi illeꝓmittat & iuret ſibi portas apturos
eſſe Gotthos:eūq; cū toto exercitu in urbē Rauennā rece/
pturos dixerūt:Beliſarius cætera iurauit omnia quēadmo/
dum legati poſtularūt.De regno aūt ſuſcipiendo:cū Rauē
næ foret corā Vitigide cæteriſq; Gotthoꝝ ꝓceribus ſe p̄ſta
turum iuſiurandū dixit.Legati uero nequaquā ſuſpicantes
quin rex eſſe uelit:iuſiurandū in hac parte ab eo capere di/
ſtulerunt:quaſi mox Rauēnā ingreſſos corā proceribus id
foret p̄ſtaturus. At Beliſarius lōge alia mente agitabat.Iu/
ſtinianus enim dudū cū Beliſariū bello gerendo p̄fecerat:
magnis iuramentis obligauerat:ne regnū ne ue imperiū ſe
uiuente aſſumeret:ne ue ſe nūcupari haberi ue tyrānus:aut
rex uel impator patiatur. Hæc ille iurata ſeruare incōcuſſa

fide ſtatuerat:uerbaq; Gotthis in hac parte dabat. Tūc igitur his ita geſtis Beliſarius uolentibus Gotthis in urbē Rauennā uocatus eſt. Ille autē ornato exercitu claſſeq; parata qua cōmeatū omnis generis abunde deferret:magna Gothorum exercituſq; lætitia Rauennā ingreditur. Cum uero ingentes Gotthoꝝ copiæ Rauennę eſſent:uolens Beliſarius eas copias minuere:paucis poſt ingreſſum diebus licētiam omnibus qui citra padum incolerent:dedit domū remeandi. Illi uero longa militia defeſſi libentiſſime ad ſuos redierunt:ita multitudine Gotthoꝝ quæ Rauennæ erat attenuata Beliſarii exercitus longe potentior ac plane dominans intra Rauēnæ mœnia remanſit. His ita cōfectis Gothorum proceres qui ubicūq; per Italiam erant uel ipſi uenerunt ad Beliſarium Rauennā uel oratores ſuos miſerūt. Sed cum ſuſceptio regni a Beliſario differretur:eaq; res admirationē primo mox & ſuſpitionem pareret:auxit mox eam ſuſpitionē Beliſarii reuocatio a Iuſtiniano facta:nam fama increbuerat & detulerāt quidam Beliſarium affectare Italiæ regnum:ac iam plane ſuſcepiſſe:quo metu Iuſtinianus illum ad ſe cōfeſtim ex Italia reuocauit. Gotthi autem hoc ſentientes ſibi ipſi ab initio perſuadere nullo modo poterant:illum ad imperatorem Iuſtinianum eſſe rediturum. Sed poſtquā apparatus fieri uiderūt:ac omnia diſponi quæ ad profectionē eius fieri oportebat deceptos ſeſe ac plane circūuentos a Beliſario cognouerunt. Sed quid agerent:ille enim Rauennam & proceres in poteſtate ſua habebat:ut ne querelæ quidem liberæ forent. At enim qui trans padum erant Gotthi ubi hæc ſenſerūt:Papiæ conue

nientes ac multũ inter ſe conqueſti de communi gentis ca/
lamitate ac de Beliſarii fraude tandem Vraiam conſtituere
ſibi regẽ uoluerunt. Quod ille paſſus non eſt: maxime illa
ſe ratione excuſans ꝙ cum fratris filius Vitigidis eſſet: neq;
pia neq; honeſta facere uideretur ſi illo uiuente ipſe regnũ
aſſumeret: hac ille ratione probabili ſe excuſans auctor fuit
ut Ildouadus rex conſtitueretur uir magnæ inter Gotthos
auctoritatis magnæq; potentiæ: & qui longo tempore Ve/
ronæ dominatus eſſet. Is ergo tũc ex urbe Verona Papiam
euocatus purpuraq; indutus rex Gotthorom appellatur: ac
de ſalute gentis ſuæ cogitare iubetur. Ildouadus ergo per
hunc modum factus rex ſtatim oratores Rauennã ad Be/
liſarium miſit: qui cõmemorata illius promiſſione dudum
facta de regno Italiæ Gotthorumq; ſuſcipiendo defectum
fidei palam arguerent: ac ea fraude deceptos fuiſſe ab eo
Gotthos quærerentur. Proinde ſi etiã tunc adimplere pro/
miſſa ac rex fieri uelit: idq; facto oſtenderit: Ildouadum of/
ferre ſe Rauennam eſſe uenturum: ac purpuram ad pedes
eius poſiturum. Sin imperatoris ſeruus eſſe malit: q̃ ipſe
imperare: ne grauiter ferat: ſi Ildouadus & Gotthi qui re/
liqui ſunt de communi gentis ſalute prouidere nitantur.
Hæc ſumma orationis fuit. Beliſarius palam ad hæc re/
ſpondit: ſe uiuente Iuſtiniano imperatore nunquã regnum
eſſe ſuſcepturum. Cum hoc reſponſo legati ad Ildouadum
Papiam redierunt. Et Beliſarius parata claſſe cum Vitigi/
de ac cæteris Gotthorum proceribus cumq; theſauris re/
giis Bizantium nauigauit quinto anno poſtquã bellum in
Italia gerere inceperat.

Leonardi Aretini de bello Italico aduerſus Gotthos.Li.iii.

CVM Bizantiũ ꝑueniſſet Beliſarius magna lætitia a Iuſtiniano ſuſceptus plurimoqꝫ in honore habitus omnẽ quę de ſe prius habita fuerat ſuſpitionem deleuit. Gotthi quos ſecũ adduxerat humane benigneqꝫ recepti ſunt:& cũ admiratione quadã cõſpecti. Nec id quidẽ imerito illis contingere uidebat. Erat enim Vitigis Gotthoꝝ rex qui nuꝑ urbẽ Romã tãta multitudine obſederat:& Amalaſuẽta eius uxor quondã Theoderici Gotthoꝝ regis qui Italiã poſſederat neptis: prętere Ildouadi tunc regis filii duo quos Rauẽnæ penes Vitigim reptos nõ dimiſerat Beliſarius:ſed una ſecũ in gręciã abduxerat:erant & alii Gotthoꝝ ꝓceres quos intuebãtur oẽs Beliſariiqꝫ uirtutẽ quę tãtas res cõfeciſſet admirabãt tollentes in cęlũ laudibus quod nuꝑ aphricã nunc Italiã ad Iuſtiniani impium redegiſſet:& in græcia quidẽ res hmõi erant. In Italia uero poſt Beliſarii diſceſſum apud Ioãnẽ & Beſſam & Vitalẽ Iuſtiniano iubẽte gubernatio remanſerat. Venerat enim Cõſtantianus ex Dalmatia q & ipſe numero gubernatoꝝ additus eſt. Cõfeſtimqꝫ apparuit quãtũ iter gubernationẽ hoꝝ & Beliſarii intereſſet. Vt enĩ omittã rei militaris ſcientiã qua oẽs ætatis ſuę duces longiſſime ſupauit: erat in illo humanitas ſumma ꝑ quã paupi æque ac opulẽto ſeſe imptiebat. Acceſſus uero ad eũ faciles ac liberi cuiqꝫ generi hominũ præterea liberalitas admirãda. Militibꝰ qui equos aut arcus aut arma nõ ignauiter amiſiſſent:cõtinuo alia donabat. Ruſticoꝝ uero tantã habebat curam ut indu/

cendo exercitu neminē coꝝ uiolari:nemini inferri dāna pa
teret̃.Ne poma quidē in arboribus pendētia milites ſui at/
tingere audebant.Hac ille ſeueritate diſciplinæ cōſequebat̃
ut caſtra eius abundantiora eſſent q̃ ullū in urbe foꝝ.Ita li
bera & ſecura erat reꝝ uenaliū importatio.Abſtinētia uero
eius erga ciuitates ſocias & amicas nemo ſatis digne queat
referre.Maxima illius beneficia in ciuitates:nullæ unq̃ ue/
xationes audiebant̃.Qui uero in gubernatione ſucceſſerūt
neq; hūanitate neq; uirtute neq; abſtinentia pares fuere.Nā
& ipſi rapinas prædaſq; ſectabant̃:& milites in omnē licē/
tiam prolabi ꝑmiſerunt:ſuperbi quidem in ſocios in hoſtes
uero nō ſatis feroces.Itaq; res breui tp̄e retrouerti & in rui
nam tendere manifeſte cœperunt:ut deinceps a nobis oſten
detur.Ildouadus Gotthoꝝ rex ut ſupra diximus nouiter cō
ſtitutus poſt Beliſarii diſceſſum:ſumma cū diligētia res exe
quebat̃.Gotthos enim oēs & Italicos qui cū Gotthis ſentie
bant arma cap̄e:& ad pręſcriptū diē Papiæ cōuenire iuſſit.
Paruus quidē ab initio exercitus fuit:ſed cōtinuo augeſcēs
ac ſpem aſſumens indies meliorē.Adiuuabat uero non me/
diocriter Gotthoꝝ partes auaritia & iniuria aduerſariorū.
Exactores enim pecuniaꝝ fiſci noīe a Iuſtiniano in Italiam
populos uexare mirabili acerbitate cœperūt:& ad indebita
rū pecuniaꝝ ſolutionē cōpellere.Rationes ſiquidē repoſcē/
tes omniū quæcūq; ſub Theoderico primo Gotthoꝝ rege
uel ſub alio deinceps regū Italici adminiſtraſſent:& magi/
ſtratuū quoſcunq; p ea tp̄a quiſq̃ italoꝝ geſſiſſet a ciuitati/
bus quoq; ꝓmiſſaꝝ dudū Gotthis pecuniaꝝ in diſquiſitio/
nem uocantes eaſq; pecunias quaſi fiſco debitas repoſcētes:

& ſingulis priuati hoibus & publice ciuitatibus tātā deſpe/rationem attulerūt:ut gotthos itez fieri dominos rerū opta rēt:multiq; uolūtarii ad Ildouadū pficiſcerēt/eiuſq; exerci tū copiaſq; augerēt. Erat quoq; nō diſpar q̄rela in exercitu impatoris. Qua enim auaritia exigebātur pecuniæ indebi tæ ab italicis:eadē auaritia militib9 pecuniæ debitæ nō ſol/uebantur. Vna dūtaxat cura erat ad explendā Iuſtiniani cu piditatē pecunias cogere:nihil erogare. Itaq; milites pariter atq; italici tātis iniuriis cōpulſi ruinā īperii affectabāt. His creſcēs indies Ildouadus omnes trāſpadū:oēs Venetiaz ur bes in poteſtatē recepit & italoz gotthozq; multitudine e/xercitus eius cōpletus eſt. Quā ob rē haud multopoſt edu/cere in aciē ac fortunā pugnæ tētare non dubitauit. Prœliū hoc nō pcul Taruiſio fuit aduerſus Vitalem q unus erat ex Iuſtiniani ducibus:uictorq; Ildouadus tanta ſtrage Vitalis exercitū concidit:ut dū ipſe cū paucis euaderet:reliqui oēs uel interficerētur a gotthis uel captiui ducerent. Ea uicto/ria magna & clara mirabile quantū Gotthoz animi creue/rūt:quantūq; fractæ ſunt aduerſarioz uires:ut nō ſolū trā/ſpadū per galliā & Venetias:uerū etiā citra padū partes cō firmarēt:nomēq; Ildouadi celebre fieret apud Iuſtinianum impatorem aliaſq; natiōes. Nec multopoſt Vraiā maximū inter gotthos hominē perſecutus eſt:ſuſpitione iniecta qua ſi cū hoſtibus ſentiret. Hæc enim prætexebatur cauſa. Cæ/terū ob eam rem iritatū aduerſus Vraiā quidā putāt:quod contentiones quædā inter Vraiæ uxorem ac reginam inci/diſſent. Ego autē Ildouadū magnum ac ſapientem uirū nō adeo leuem exiſtimo fuiſſe:ut cōtentionib9 mulierū permo

tus eſſet ad Vraiam interficien dū:uerū illam fuiſſe cauſam puto quod Ildouado regi ſuſpecta erat Vraiæ potētia.Nā genus gotthorū ualde ſuſpitioſum fuiſſe cōſtat:& ſuos erga reges nō ſatis fideles.Mortem Vraiæ permulti gotthoꝝ improbarunt:palāq; deteſtati ſunt quaſi rem ſceleratam & impiam. Itaq; & ipſe Ildouadus ab uilla uno ex cuſtodibꝰ ſui corporis dum prāderet occiditur.In eius locū Ataricus rex:creatur qui nec ipſe diu regnauit.Sed propter malam ineptamq; gubernationē:quinto poſt electionē menſe a gotthis occidit̄.Ita duobus regibus intra biēniū interfectis ad Totilā magno gotthoꝝ conſenſu regnū defertur.Hic antequā rex factus eſſet: Taruiſii dominabatur quæ eſt ciuitas Venetiaꝝ.Pater eiꝰ Ildouadi regis frater germanus fuerat. Itaq; īterfecto Ildouado ut ſupra diximus:Totilas ipſe formidans ꝓpter illius cōſanguinitatē clā Rauēnā miſit:& cū Iuſtiniani ducibus pepigit ad hoſtes tranſire cum omnibus quibus præerat:cūq; Taruiſio oppido.Dicta ad rem conficiendā dies erat.Q uæ cū nōdum ueniſſet:Gotthi pœnitētia quod Ildouadi morte lætati fuiſſent:quodq; Ataricū regem creaſſent:hominē nequaq̄ tanti ut Gotthoꝝ gentē defendere aduerſus tantas uires hoſtiū ualeret:ad Totilā Ildouadi ꝓpinquū reſpicere atq; regē optare illū cœpunt.Tandem Atarico de medio ſublato Totilā regē fecere.Iuſtinianus aūt cognitis his quæ in Italia contigerant:ducū ſuorū impitiā & ſecordiā increpabat ꝙ in tātis diſcordiis hoſtiū tātiſq; reuolutionibus ipſi opportunitatē reꝝ agēdaꝝ nacti nihil protinus effeciſſent. Q uibus increpationibus ꝓmoti duces Rauennæ ſimul oēs cōuenerunt. Ibi cū de inferendo

bello cóſultaret:placuit ante oía ad urbē Veronā exercitū
ducere.Eius nāq; urbis capiēdæ ſpes q̄dā illi ſecreto afferē/
bat.Erāt uero hi duces undecim:quoꝝ p̄cipui hēbant Cō/
ſtātianus & Alexāder in Italiā nup a Iuſtiniano miſſus ad
pecunias colligēdas. Profecti igit cū ingētibus copiis ubi
Veronæ ꝓpinquarūt ſpem dudū ſibi p̄bitā expiri decreue/
runt.Erat.n.Martianus quidā uir domi nobilis caſtellū ha
bens nō ꝓcul Verona:is qa ptes impatoris animo p̄ferebat:
cuſtodē unius portaꝝ induxerat ad exercitū impatoris reci
piendū:re igit arcane cōpoſita cū eo perueniſſet exercitus
p̄mittitur Artauades armenius cū manu delectoꝝ militum
qui portā ante capiat ac cæteꝝ exercitū p̄ſtoletur:nihil ꝓ/
miſſoꝝ in hoc loco defecit.Nam intēpeſta nocte cū ad por
tam ueniſſent milites ꝓditor apiens intra urbē eos recepit:
Illi portā ingreſſi mœnibus quoq; ſupra eā captis exercitui
ſignificarūt & Gotthi ſentiētes hoſtes eē i urbe:p diuerſam
portā aufugerūt. Duces uero captā a ſuis portā audientes
iter quidē ſtatim ingreſſi ſunt.Sed anteq̄ in urbē uenirent:
de p̄da inter ſe diſceptātes quinq; milibus ab urbe paſſibus
conſtiterūt.inter hæc dies eluxit.arx eſt Veronæ urbi ſup/
eminēs ex qua intra urbē & extra longe ꝓſpectus eſt.Got/
thi igit qui in arcē refugerant cernentes paucos intra urbē
hoſtes:exercitū uero extra urbē exiſtere:nec dū mœnibus
appropinquare ſubito ex arce īpetu facto urbē ꝑuicerunt:
& portā quæ tenebat ab hoſtibus receperūt atq; clauſerūt:
milites uero qui p noctē fuerāt ingreſſi ptim oppreſſi ſunt:
ptim ad mœnia cōfugiētes deſup repugnabant. Venientes
aūt paulopoſt duces cū portā clauſam repperiſſent:q̄q̄ in/

tus eſſent milites qui eos uocabāt:ac ne ſe deſererēt preca/
banť:tñ eueſtigio abierunt. Militū uero pars e muro ſe di/
mittens euaſit. Quoꝝ e numero fuit Artauades armenius
coꝝ ꝑfectus:cæteri uel capti uel interfecti ſunt. Per hūc mo
dū prauitate & auaritia ducū res apud urbē Veronā piere:
qui dū ꝑperare oportuit de ꝑda nō parata inter ſeipſos pu
gnabāt. Poſt hæc Iuſtiniani duces qm̄ Veronæ cœpta flagi
tioſe turpiterq; euaſerāt:diſcordes inter ſe & alii aliis ſuccē
ſentes ex his locis abierūt:tranſmiſſoq; pado amne Placen/
tiam ꝓfecti ſunt. Totilas Papiæ per id tp̄s degebat:cogni/
toq; hoſtiū aduentu quaſcūq; potuit copias ꝓpere contra/
xit. Duces inter hæc ultra Placentiā ꝓgreſſi ſecus ripā pa/
di amnis caſtra faciebāt. Totilas aūt q̄q̄ foret admodū im/
par:tamē cum iis quas habebat copiis obuiā illis exire:ac
fortunā pugnæ expiri cōſtituit. Cum igiť in ꝓpinquo eſſent
caſtra ac pugna decernere utriſq; placuiſſet: Totilas ꝑ no/
ctem ptem equitū ꝑmiſit:quos uiginti fere ſtadiis ultra ho
ſtium caſtra flumē tranſire:& cū pugnari cœptū eſſet poſt
terga hoſtiū cū q̄maximo ualerēt tumultu adoriri manda/
uit. Ipſe uero cū tp̄s fuit ad hoſtes duxit. Idem fecerūt Iuſti
niani duces. Erat ante aciē Totilæ uir Gotthus noīe Vala/
rus:qui equo inſigni uectus ipſe quoq; inſigniter armatus
in ſingulare certamē oēs ꝓuocabat. Aduerſus hūc cæteris
ſubſiſtentibus Artauades armenius cuius in ingreſſu Vero
næ mentionē fecimus ꝓdiit. Spectātibuſq; utrinq; aciebus
cōcurrerūt infeſtis ſeſe cuſpidibus petētes. Artauades Got
thum dextro latere haſta trāſ fixū occidit. Ipſe uero in ha/
ſtam interfecti caſu inhærentē ſolo ui atq; impetu equi ad/

actus cuſpide tranſfigit̃:ruptoq; thorace uulnerat̃:ex quo uulnere tertia mox die interiit. Acies interea ſimul cõgreſſę prœliũ acerrimũ inierũt:omniſq; ferri expientia in eo cer/tamine uerſabat̃. Cum ferueſceret maxime prœlium:& ab utriſq; enixiſſime pugnaret̃:neutrã adhuc in partẽ uictoria inclinãte equites Totilæ trãſmiſſo flumine terga Iuſtiniani ducũ inuaſere:tumultuſq; maior inde exortus:cũ multitu/do ingẽs caderet̃ exercitũ Iuſtiniani primo turbauit:mox in fugã uertit:ſolutis enĩ ordinibus cũ ante retroq; inſtaret hoſtis cito diſſipant̃. Multiq; a gotthis ꝑſequẽtibus interfe/cti ſunt. Multi etiã ſeſe ꝑ deuia quæq; p̃cipitantes euaſere. Captiuoꝝ aũt multitudo ingẽs fuit. Et ꝙ nũq̃ ante cõtige/rat oĩa militaria ſigna impatoris exercitus in eo p̃lio capta ſunt ab hoſtibus:& ad Totilã relata inſigniorẽ hanc uicto/riam Totilæ fecit:quod ipſe cũ dimidia fere pte minoribꝰ copiis ſciẽs ac uolens cõtra maiores copias prœlium iniit. quodq; militari induſtria uictoriã nactus eſt:ipſam quoq; uictoriã humaniſſime exercuit:nemini captiuoꝝ moleſtus: multis etiã gratuito dimiſſiſquę qdẽ humanitas famã eius plurimũ adauxit. Iuſtiniani duces ex p̃lio fugiẽtes Placẽtiã primo:inde in diuerſa loca abierũt:& copiis q̃tũ fieri potu/it reparãdis intenderũt. Nõ multopoſt hãc uictoriã Totilas maiora iã aĩo concipiẽs exercitũ in hetruriã miſit. Præfecit uero huic exercitui tres gotthoꝝ p̃ſtãtiſſimos Beldã & Ro/doricũ & Vliarim. Erat in hetruria Iuſtinus unus ex duci/bus qui p̃lio interfuerat. poſtq; id tp̃s nũq̃ ceſſauerat copias reparare:oppida munire. is cũ exercitus Totilæ ſupuenit: circũdatus ab hoſtibus intra Florentiæ mœnia obſidebat̃.

Terrebat uero Iuſtinũ rei frumẽtariæ defectus. Nã impor/
tari ad obſeſſos nil poterat: & intus quod erat frumẽtũ bre
ui defuturũ uidebat͛. Rauennã igit͛ ad cæteros duces mit/
tens Iuſtinus quo in p̄iculo res eſſet oſtendit: rogauitq; ut ſi
bi opem ferrent. Ob eũ nunciũ p̄moti Beſſas & Cyprianus
& Ioannes Vitaliani cũ ſuis copiis in hetruriam uenerunt.
Gotthi uero poſtq̄ ĩtellexerũt illos appropinquare ſoluta ili
co obſidione retro mouerunt caſtra p̄fectiq; unius diei iter
in loco qui mucialla dicit͛ conſtiterũt. Atq; poſtq̄ exercitus
amicorũ Florẽtiã p̄uenit: placuit ducib9 ut paucis in p̄ſidio
Florẽtiæ relictis ipſi cũ reliqs oĩbus ad hoſtẽ cõtenderent.
In itinere uero dũ eſſent ſtatuerũt ut ducũ ipſorũ: unns ce/
leriter antecederet ad inuadendũ diſtinẽdũq; hoſtes: alii ue
ro mature ſequerent͛. Sorte igit͛ ducta Ioãni cõtigit ante/
cedeẽdi munus ille p̄fectus cũ ſuo agmine ad hoſtes p̄pa/
uit. Hoſtes uero deteriti aduentu copiarũ deſerto in loco in
quo prius habebant caſtra: in p̄ximũ montẽ arduũ quidẽ
ac difficilem tranſierunt. Neq; ob id cunctatus Ioãnes ubi
ad ea loca peruenit: aciem ſuorũ aduerſus montem direxit:
ac magno animo ſurſum uerſus annixus p̄uincere conaba/
tur. Reſiſtebat͛ fortiſſime ab hoſtibus: ac de ſup̄iori loco fa/
cillime repugnabant. Hic dũ annititur Ioãnes: & inter pri/
mos pugnatores uerſatur: Quidam ex comitibus iuxta la/
tus eius pilo tranſfixus occiditur: falſaq; ſtatim credulitas
inde exorta eſt Ioannem interfectum fuiſſe: fuga hinc fieri
cœpta: hæc fama delata in eos q cũ reliquo exercitu uenie/
bant: cũ inſup fugã & trepidationẽ mirabilẽ uiderent: ipſos
quoq; in fugã turpiſſimã cõuertit. Nec modus ullus fuit in

fuga diſſipatim ſparſimq; in diuerſum abeuntes ſigna & or
dines deſeruerunt. Itaq; duces quoq; ipſi a nullis hoſtib9 pul
ſi fugā arripe coacti ſunt. Neq; poſthac cōuenerūt in unū:
ſed alius alibi prout ſe ex fuga recepant: oppida tenuerunt.
Gotthi tñ ad obſidionē Florētię nequaq̄ reuerſi ſunt magni
tudinē ueriti copiaꝝ q̄ q̄q̄ diſſipata forēt p oppida hetrurię
cōſtiterāt: & hiems ſupuenit: finiſq; fuit ſeptimi anni huius
belli: ex quo geri a Beliſario cœptum fuerat: eo q ſecutus eſt
anno: ut primū educēdi copias tp̄s fuit: Totilas coacto ex-
ercitu in agrū gallicū uenit: ibi Cæſenā & petrā oppidū qđ
hodie corrupto in uulgus noīe bretinoꝝ appellant obſedit.
Cætera uero eius regionis oppida pmulta uel ui uel pactio-
ne cepit. His p ea loca cōfectis in hetruriā cū exercitu trā-
ſiit: ibi duriora oīa cum repperiſſent. ſtatuit in his tp̄s haud
quaq̄ terere: itaq; tyberim amnē quo hetruria finit̄ trāſgreſ
ſus p umbros & Sabinos & marſos in cāpaniā pfectus eſt:
in his locis Beneuētū urbē captā mœnibus ſpoliauit. Nole-
bat enim in urbe munitiſſima hoſtes ſiqñ cōtingeret ſedem
belli hr̄e. Neapolim deinde obſedit: multis primo uerbis hu
maniſſime conatus ut Neapolitani amicitiā eius q̄ inimici-
tiā mallēt. Sed erat in p̄ſidio eius urbis Conō Iuſtiniani p̄fe
ctus: nec pauciores mille militibus ſecū hēbat: itaq; nihil de
cerni libere in cōcione poterat. Quod cū intelligeret Toti-
las poſitis nō longe caſtris urbē obſedit: nō tñ oppugnauit:
ſed qetē agens incubabat: interim uero pte exercitus miſſa
cumas & alias quaſdā urbes p ea loca recepit: ex qbus pe-
cuniaꝝ magnā uim adeptus eſt: mulieres etiā quaſdā ex no
bilitate Romana capi in his locis contigit: quas oēs Totilas

cũ ſumma beniuolentia cõſeruatas liberas eſſe iuſſit:ac pa/
rentibus maritiſq; cũ honeſto comitatu remiſit. Cũ uero p
eas regiones neq; dux neq; exercitus eſſet q conatibus Toti
lę repugnaret:partẽ ſuaꝝ copiaꝝ cõtinuo nitẽdo Apuliã &
Lucaniã & Calabriã cũ uniuerſis eoꝝ oppidis in ptãtẽ rede
git.Ex quo factũ eſt ut Iuſtiniani ducibus militibuſq; nul/
læ amplius ex his locis pecuniæ ſoluerent̃:neq; parere duci
bus:neq; in expeditionẽ ire uolebant. Sed p oppida incluſi
res amicoꝝ prædabant̃:rapinis & maleficiis oĩa fœdabant.
Duces quoq; ob has difficultates intra mœnia cõſiſtẽtes op/
pida tantũmõ ab hoſtibus tutabant̃:partitiq; inter ſe urbes
Ioãnes Romã:Beſſas Spoletũ:Cyprianus Peruſiã:Iuſtinus
Florentiã:Cõſtãtianus Rauẽnã gubernabat:inter hęc Nea/
polis durius obſideri cœpit.Totilas enim parata claſſe neq;
terra importari qcq̃ patiebat̃.Ex quo palã erat niſi qs opẽ
ferret:eã demũ urbẽ in manus hoſtiũ eſſe peruenturã.Hæc
igitur audiens Iuſtinianus ac pro tãtis Italiæ cladibus:pq;
imperii dedecore indolens Maximinũ præfectũ prætorio
ad corrigendas reparandaſq; res in Italiã miſit. Dedit autẽ
ſibi claſſem & exercitũ ex Thracibus:& Armeniis.Præerat
autem Thracibus quidẽ Herodianus:Armeniis uero Pha/
ſes.Hunni præterea nõ pauci ea claſſe uehebant̃.Maximi/
nus Bizantio profectus in Epirũ uenit:ibi cum res Italiæ
ex propinquo cogitaret:inter ſpem ac metũ dubius tardita
te ac deſidia tempus amiſit.Erat enim Maximinus uir bo/
nus & ad pacis negocia nõ inutilis:belli uero impitus oĩno:
& ob hoc timidus:& cunctator in ſingulis ac plurimũ am/
bigens.Res uero tunc & conſultandi & agẽdi celeritate fla/

gitabat. Maximino igit᷑ paruã de ſe ſpem afferente: Iuſti/
nianus Demetriũ quendã ꝗ ſub Beliſario dudum in Italia
militauerat cũ alia claſſe in Siciliã miſit is cum in Siciliam
nauigaſſet: audita Neapolis obſidione: ac eoꝝ qui obſidebã
tur difficultatibus cõfeſtim auxiliũ ferre. Cũ uero apta uia
id efficere poſſe deſparet: qm̃ neq; claſſis neq; exercitus eius
ad tantã rem ſufficiens erat: hæc excogitauit. Naues cõplu/
rimas ex uniuerſa Sicilia cõtraxit: fecitq; ex his claſſem ad
aſpectũ ꝑmagnã: impoſitoq; frumẽto Neapolim petere cõ/
tendit. Ea res & ſpem magnã obſeſſis: & formidinẽ nõ ꝑuã
Gotthis præbuit: audiebãt enim multitudinẽ nauiũ: ac ma/
gnũ in his exercitũ uenire opinabant᷑. Quod ſi primo ſta/
tim curſu Neapolim petiiſſet: cuncta ꝓſpere ſuccedebant:
& urbs obſeſſa indubie ſeruabat᷑. Hoſtes enim cõteriti ma/
gnitudine claſſis ne obſiſtere quidẽ tẽtauiſſent. Sed ipſe cõ/
ſcius imbecillitatis ſuæ Neapolim adire non auſus Romã
petiit: quo militibus inde aſſumptis nauẽ impleret: atq; ita
Neapolim magis robuſtus nauigaret. Sed milites q Romę
erant: claſſem aſcendere noluerunt. Victi ſiqdẽ duplici præ/
lio a Gotthis eos immodice formidabant. Itaq; hac deficiẽ/
te ſpe cum his duntaxat nauibus quas Bizãtio duxerat: ad/
uerſum hoſtes ꝓficiſci Demetrius compellitur. Totilas na/
ues egregie ueloces in portu ipſo Neapolis aſſidue ſtructas
parataſq; tenebat. Curamq; ſuſceperat diligenter de Deme/
trii claſſe. Cũ igit᷑ ex urbe Romã Neapolim nauigare De/
metriũ cognouiſſet: & applicuiſſe iam ꝓpinquo littori ꝑfe/
ctus repente Totilas cum uelocibus nauibus ex improuiſo
Demetrii claſſem inuaſit: adeo ſubitus & inopinatꝰ fuit im/

petus:ut cõteriti nautæ atq; milites in fugã cõuerterentur. Quos Gotthi uelocibus inſecuti nauibus poſt magnã cæ/dem omnes Demetrii naues cum ipſis oneribus ipſiſq; uiris plenas ceperunt. Nulli enim euaſerunt ex ea claſſe niſi qui in lembos ſtatim ab initio ꝓſilientes latuerunt:inter quos Demetrius ipſe dux claſſis fuit. Poſt hæc Maximinus cum maiori claſſe maioriq; exercitu ex Epiro in Siciliam naui/gauit. Cumq; Syracuſis applicuiſſet:eadẽ ignauia qua priꝰ cunctando ac differendo tempus amiſit:neq; difficultatibus obſeſſorum neq; precibus uocantiũ mouebatur. Tandẽ ue/ro ubi præcepta & minæ Iuſtiniani ſuperuenere:nec ob eas quidem nauigare aduerſum hoſtes ſuſtinuit:ſed claſſem Demetrio & Herodiano & Phaſſæ ducẽdã tradidit:ipſe in Si/cilia remanſit:erat uero iã plane hiems cũ hi nauigare cœ/perunt. Cũq; prope Neapolim ueniſſent:orta ſubito tempe/ſtas claſſem arripuit:neq; remis neq; arte ulla reſiſti potuit: quin ad ipſum littus ubi caſtra erãt hoſtiũ adigerent. Got/thi uero iſta cernentes concurſu ad littus facto nulla diffi/cultate naues ceperunt:& ſiqui repugnabant interfecerunt: reliquos uero captiuos duxerunt. In quorũ numero Deme/trius fuit:Herodianus autẽ & Phaſſas cũ & ipſi capti iam eſſent:caſu quodam poſtea ſeruati ſunt:hunc finẽ habuerũt eo anno Iuſtiniani claſſes in Italiã miſſe. Totilas Demetriũ in uinculis ad mœnia Neapolitanæ urbis adduci mãdauit: ibi uocato Conõe ꝓfecto militibuſq; & Neapolitãis ciuibus Totila iubẽte Demetriꝰ uerba fecit:ſuaſitq; ne ãpliꝰ auxilia expectarẽt ulla:binã claſſem cũ ipſis pugnatoribꝰ eẽ amiſ/ſam:nullãq; ſupeſſe ſpem qua cõfidere debeãt. Obſeſſi uero

iãp ridẽ fame macerati cũ Demetriũ captũ:& oẽm ſublatã
uiderẽt ſpem:in fletũ ac lamẽtationẽ cõuerſi qd agerẽt aut
quo ſe uerterẽt neſciebãt:eratq; ciuitas tota mirabili tumul
tu & trepidatiõe plena. Totilas aũt cũ hoc ſenſiſſet:ad col/
loquiũ eos uocatos in ipſis mœnib9 ſtãtes ſic allocutus eſt.
Nullã cõtra uos Neapolitani uel irã uel indignationẽ habẽ
tes obſidere urbẽ ueſtrã preximus:ſed ut uobis inimico ſer
uitutis iugo liberatis referre grãs ualeremus:corũq; hoc ip/
ſo bello pro fide Gotthis ſeruãda ab hoſtibus ꝑtuliſtis.ſoli
enim Italicoꝝ omniũ inuiti ac repugnãtes in poteſtatẽ ho/
ſtiũ noſtroꝝ cũ ultima pene ciuitatis ueſtræ clade uulneri/
buſq; & cruore cõpulſi deueniſtis. Itaq; ꝙ nũc ſimul cũ ho/
ſtibus obſidione uos fatigari a nobis neceſſitas fuerit erube
ſcimus.quamobrẽ bñficia potius a nobis q̃ ultionẽ Neapo
litani expectent:hoſtibus etiã qui uobiſcũ in urbe ſunt:nõ
acerbi eſſe uolumus:dedentibus eã urbẽ uel militãdi nobiſ/
cũ æquo iure cũ aliis militibus:uel abeũdi cũ oĩbus rebus
ſuis quocũq; uolent facultatẽ dabimus. Hæc & iureiurãdo
ſancire parati ſumus.laudauerũt & Neapolitani & milites
Totilæ ſermonẽ.quo tñ honeſtior deditio foret:& triginta
dieꝝ inducias poſtularũt:qbus uideret̃:an quę auxilia ſup
uenirẽt. Ad hæc Totilas nõ triginta dieꝝ modo:ſed ter tri/
ginta dieꝝ ſpacium ſe dare rñdit. Quã libertatẽ admirati
obſeſſi:clareq; deprehendẽtes nullã eſſe auxilii ſpem intra
paucos dies aptis portis Totilã & exercitũ intra mœnia re/
ceperũt. Totilas igit̃ Neapolim ingreſſus neminẽ male affe
cit:nulli moleſtus fuit:quinĩmo tanta humanitate uſus eſt:
ut nequaquã cõuenire barbaro homini uideret̃. Cum enim

multi pp̃ inediã deficientibus uiribus ægrotarẽt:ne ſubita
affluentia cibi ĩmodice ſumpti piculũ illis afferret:ſumma
cura diligẽtiaq; ꝓuidit:ut nõ ſolum Neapolitanis ciuibus:
uerũ etiã militibus cibaria bis in die ad certũ pondus tra/
derent̃ diligentiſſime obſeruato nec unde plus caperent:&
ſingulis diebus modicũ ſupadderet̃. Cononi aũt & militi/
bus abire uolentibus nauigia p̃buit.Cũq; illi uento diutius
retenti nauigare intra p̃ſcriptã diẽ nõ potuiſſent:liberã ni/
hilominus poteſtatẽ illis ſeruauit.quin etiã cũ longius du/
raret uẽtus:& illi pedeſtri itinere abire ſtatuiſſent:equos iu
mentaq; eis tribuit:& uiaticũ inſup largitus eſt:Gotthoſq;
cũ his miſit.Humanitate in alienos Totilas utebat̃:in ſuos
uero tantã diſciplinæ ſeueritatẽ ſeruabat:ut nullũ malefa/
ctum impunitũ eſſe pateretur. Raptori ac uiolatori pœna
mors erat:& publicatio bonoꝝ:quæ qdẽ bona uiolentiam
paſſo tradebant̃:itaq; & caſtra & ingreſſus gotthoꝝ p ami
cas ciuitates & gẽtes omni ſcelere carebãt.ducibus aũt Iu/
ſtiniani p hoc ĩpm tp̃s diuerſa penitus erat cõditio.Nã nec
duces ipſi abſtinentes erãt:& milites in oẽm licentiã tradu/
cti a nullo maleficio tempabãt. Nec quicq̃ miſerius erat p
ea tẽpora q̃ Italiæ populi q impatori parebãt:cũ extra mœ
nia quidẽ ab hoſtibus intra mœnia uero a militibus diripe
rentur.Duces.n. munitas tenẽtes arces nihil de ſubiectoꝝ
iniuriis curabãt.Ob flagitia cũ indies magis ac magis de/
ſperatio ſequeret̃:coactus eſt Iuſtinianus iterato in Beliſa/
riũ mentẽ animũq; cõuertere.Nã cęteri quidẽ duces ne dũ
pdita recupare:ſed ne illa ipſa quæ tenebant diutius tueri
poſſe uidebant̃.His ĩgĩt̃ de cauſis Beliſari9 ad curã Italici

belli rurſus delectus eſt:cũ hoc medio tpe aduerſus medos bellũ geſſiſſet:nec dũ plane finitũ eẽt bellũ. Cũ ergo milites nouos reſcribere opus eẽt:nã ueterẽ exercitũ circa euphra/tẽ reliquerat:Thraciã totã circũiens Beliſarius pecuniaſq; abũde largitus uolũtarioꝝ ad q̃ttuor milia coegit:qb9claſſi ſe ĩpoſitis una cũ Vitale p̄fecto Illyrici q nup ex Italia ue/nerat nauigauit. Traiectoq; demũ Ionio mari ſalonis appli cuit. In hoc ipſo itinere Idrũtũ Calabryæ oppidũ obſidiõe liberauit. q enĩ in eo obſidebant̃ a Gotthis defectu reꝝ ne/ceſſariaꝝ cõpulſi ad certã diẽ pacti fuerãt oppidũ dedere: niſi prius auxiliũ ferret̃. qd intelligẽs Beliſarius Valentinũ eo nauigare iuſſit:ac frumẽta cæteraq; neceſſaria inferre ſu ſceptis militib9q; diuti9 obſeſſi in eo fuerãt nouos ĩponere. Hæc factu facilia fuerũt. nã Gotthi poſt inducias negligẽ/tius cuſtodiebãt:nec uẽturũ eẽ queq̃ ſuſpicabant̃. Itaq; re/pẽte ac inopinato ſupueniẽte claſſe trepidare:ac obſidionẽ ſoluere:lõgiuſq; abire coacti ſunt. Valẽtinus oppidũ ĩgreſ/ſus priores milites ex arce abduxit:nouoſq; impoſuit:inte/griq; anni frumentũ illis reliqt. Ipſe cũ his quas abduxerat nauib9 ſalonas ad cæterã claſſem rediit. Poſt hæc Beliſari9 polã nauigauit. ibi exercẽdis tyronib9 quos in Thracia ſcri pſerat aliquãto cõmoratus tãdẽ cũ tota claſſe Rauẽnã puei nit. in eius aduẽtu deteriora oĩa opiniõe ſua p Italiã reppe/rit. Hoſtes enĩ ubiq; p̄ualere:ac optima ſpe eſſe uidebant̃. Amici uero ubiq; p Italiã fracti ac in deſpationẽ adducti. Ciuitates quidẽ & populi ob iniurias militũ:milites autem ipſi q, multa ſibi deberent̃ ab impatore ſtipẽdia nulla ſol/uebant̃:cõtumaces & aduerſi nec parere ducib9:nec exire

in expeditionẽ uidebant̃.Erantq; ad exiguũ numerũ reda/
cti.Aduẽtus quoq; Beliſarii deſpationẽ auxit.licet.n.opti/
mus dux & ſine cõtrouerſia p̃cipuus haberet̃:tamẽ cõtem/
nendas admodũ copias abduxerat tyronũ quattuor miliũ:
pecunias uero nullas q̃ militibus darent̃. Itaq; cõcionantẽ
Rauẽnæ cauſaſq; aduẽtus ſui docentẽ cohortãtẽ deniq; ad
capeſſendũ bellũ nec oppidani neq; milites læto aĩo audiue
rũt:neq; lætitiæ aut ſpei bonæ ſignificationẽ reddiderunt.
Deniq; Beliſariũ ip̃m ꝙ ĩ Italiã ueniſſet:cõfeſtim pœnitere
cœpit.Inter hæcTotilas tybur inuaſit ex diſcordiis oppida
noꝝ & militũ ſeditione coorta:p quã uocatus ab alterutra
pte urbẽ ſuſcepit.Imminet aũt tybur urbi Romæ:nec plꝰ
ab ea diſtat q̃ ſexdecim milibꝰ paſſuũ.Ea res magnas Ro/
manis difficultates cœpit afferre:ac p latiũ cuncta impe/
dire.Poſt hæc Totilas cognito Beliſarii aduẽtu in picentes
cũ exercitu trãſiit:& circa urbẽ auximũ cõſedit. Beliſarius
uero p hoc ip̃m tp̃s in Bononiẽſes miſerat Vitalem cũ ſatis
magna manu Illyricoꝝ.Is cũ oppidũ quoddã p ea loca ce/
piſſet:& Bononia ĩ urbe fuiſſet receptus Illyrici nulla prius
iniuria ſuſcepta Vitalem deſeruerũt:factoq; agmine domũ
abierũt. De qua qdẽ re poſtea apud Iuſtinianũ excuſatiõe
illa uſi ſunt:quod dũ in Italia militarẽt exactores tributoꝝ
patrimonia ſua uenundabãt:uxoreſq; & liberos eoꝝ domo
pellebãt:quamobrem coacti ſint ad ſuos defendendos do/
mum redire. Hac fuga Illyricoꝝ Totilæ nunciata confe/
ſtim miſſæ ab eo ſunt Gotthoꝝ copiæ:per quas Vitalem
ac cæteros opprimere poſſe ſpauit.Sed illi p̃uenientes Ra/
uẽnam ſe recepunt. Cum uero qui auximi erant obſidione

premerent:Beliſarius ſubſidiũ ad illos miſit equitũ mille: præfecit aũt his eqtibus ductores tres Teramuntẽ Ricilã & Sabinianũ:q̃ clã noctu auximũ ingreſſi cum poſtridie ad pugnã exiuiſſent. Vnus ex præfectis Ricilas a Gotthis iterficit:cæteri autẽ poſt paucos dies abire ſtatuerunt:hoſtib9 enim illic ſtantes nocere nõ poterãt:& amicis neceſſaria minuebant. Noctu igit egreſſi oppido cũ iã circiter milia paſſuũ tria ꝓfecti eſſent:in inſidias hoſtiũ inciderunt. A qbus circũuenti & in fugã uerſi ducẽtos ex ſuis amiſerũt:ueſteſq; & arma & ĩpedimẽta oĩa cũ iumẽtis q̃ illi ferebãt. Reliqui fugientes poſt longã uiã ſe Ariminũ receꝑunt. Fanũ & Piſauꝝ ſunt urbes iuxta littus Adriatici maris inter Auximũ & Ariminũ ſitæ:Eas urbes Vitigis ab initio huius belli incẽderat:ac mœnia uſq; dimidiũ altitudinis deſtruxerat. Ex his Beliſarius Piſauꝝ reficere cogitauit:ac eqtatũ in ea collocare. Miſſis igit clã artificibus qui mẽſuras portaꝝ exactiſſime caperẽt:Rauẽnæ fabricari portas fecit:ac ferramẽtis quibus opus erat ſtruxit. Deniq; nauibus ĩpoſitas Piſaurũ deferri fecit:præfectiſq; & equitibus qui Arimini cõſtiterant:ſcripſit ut repẽte occupato oppido portas ĩponerẽt:ac mortẽ tumultuario ope reficerẽt:foſſas purgarent. Cõmeatus aũt oĩs generis ut mari ad eos deferret ꝓuidit. Equites igit Arimino ꝓfecti cũ Piſauꝝ occupaſſent:oĩa ſecundum Beliſarii mandata fecerũt. Senſit hæc Totilas:& cũ magnis copiis ad ea ꝓhibẽda ꝓfectus eſt. Sed tanta fuerat militũ diligẽtia in purgãdis foſſis:ualloq; & aggere muniẽdo oppido mœnibuſq; & ꝓpugnaculis reſarciendis:ut admiraret rex tantas res tam ĩgenioſe tam paucis dieb9 fieri potuiſſe.

Quare aliquantũ circa ea loca moratus quoniã uidebat pꝛo ficere nil poſſe:in caſtra ad Auximũ irrito conatu reuerſus eſt. Aiaduertẽtes uero Totilas & gotthi Beliſariũ & impera toris copias necubi per italiã in certamẽ ꝓdire:ſed oppidis incluſos mœnia tantũmodo tueri:ſtatuerũt nõ aſſidere ſolũ modo ad auximũ:ſed aliis quoq; ciuitatibus bellũ inferre. Itaq; ꝓfectus Totilas cũ exercitu Aſculũ & Firmũ in picẽ tibus circũſedit. Beliſarius uero cũ obſeſſis opem implorã/ tibus ferre nõ poſſet:nec enim tãtas habebat copias ut exire aduerſus Gotthos ualeret:in mœrore maximo uerſabat:& hanc ignominiam ſui nominis permoleſte ferebat. Tandem uero Ioanne Vitaliani ad Iuſtinianũ miſſo cõditionẽ Italiæ per eũ demonſtrauit:& ſimul litteras ſcripſit huiuſmõi effe ctũ continẽtes. Miſiſti me in Italiã optime imperator uiro rũ & equorũ & pecuniarũ inopẽ:quod & anteq̃ a te diſce/ derẽ:ſæpius oſtẽdi & obteſtatus ſum:Sed iuſſui tuo nõ pa/ rere mihi nefas erat. Thraces enĩ & illyricos milites ꝑpau/ cos & eos ipſos tyrones belliq; inexptos:nec arma quidẽ te nere ſcientes nobiſcũ ducere coacti ſumus. Veterani autem quos per Italiã repimus:uicti iam ante quibuſdam prœliis gotthos uictores ita formidãt:ut uix aſpectũ eoꝝ ferre poſ ſint:Stipẽdiiſq; diu fraudati:nec equos nec arma nuꝑ amiſ ſa reparare potuerũt:nec in expeditiones ſine his exire con/ ſentiunt:nec alioquin tantæ ſunt copiæ:ut cũ hoſtiũ copiis congredi ſine manifeſta ꝑnicie ualeant. Nam maxima eorũ pars qui in Italia tuo nomine militabãt ob ea quę memora uimus incõmoda:ſpõte ſua ad hoſtes tranſierũt. Pecuniarũ autẽ redditus nullos ab Italia ſperes nobis prouẽturos eſſe:

cũ ſit iterũ ab hoſtibus magna ex pte occupata.Et ea quæ
reſtat pars adeo âttenuata belloq; afflicta:ut tributa pſolue
re nullo modo queat.Si igit' ſatis fuit Beliſariũ in Italiã mi
ſiſſe:optime a te ꝓuiſum eſt.Sũ enim in Italia.Quod ſi hoſ
ſtes ſupare uis:alia ſunt a te ꝓuidẽda.Nam dux belli abſq;
his opportuna ſunt ꝑficere nil ualet. Copias igitur meorũ
militũ huc mittas oportet:deinde hunnorũ ac cæteroꝝ bar
baroꝝ multitudinẽ ingentẽ.Illud inſup a te neceſſario ꝓui
dendũ eſt:ut pecuniæ adſint. Nã ſine his in bello nil oppor
tune fieri poteſt.Hæc tunc a Beliſario ſcripta ſunt.Ioannes
igit' cũ his mandatis ad Iuſtinianum ꝓfectus:& quodã tpe
commoratus nihil niſi tarde atq; anxie ꝑficiebat.Inter hæc
Totilas Firmũ & Aſculũ quãdo qdem nemo auxiliũ obſeſi
ſis ferebat:pactione cepit.Deinde ex picentibus in umbros
trãſgreſſus Aſeſſum & Spoletum obſedit.Præerat Spoleto
quidẽ Herodianus: Aſſiſo autẽ Siſifridus:Herodianus qq̃
haberet munitiſſimã arcem: tamen paucoꝝ dierũ inducias
pactus cum interea nullũ auxiliũ ſupueniſſet conſtituta die
urbem & arcem tradidit: & ipſe cũ militibus ſuis ad Toti
lam tranſiit Siſifridus autem fortius ſe geſſit.De pactione
enim nunquã audire quicquã uoluit.licet minus ualida ur
be incluſus ſæpeq; eruptiões in gotthos egregias fecit:& ali
quot prœliis laudabiliter dimicauit.Ad extremum uero cir
cumuẽtus ab hoſtibus pugnans occiditur.Ciues autem aſſi
ſani eius uiri præſidio deſtituti paucis poſt dieb9 ſeſe ac ur
bem Totilæ dediderunt.Deinde peruſiam exercitus a To
tila ductus eſt.Præerat autẽ peruſiæ Cyprianus cui9 ſupra
inter Iuſtiniani duces mentionẽ fecimus.Eum cum Totilas

neq; ui neq; ꝓmiſſis flectere ualeret: Vliaro quodã ex armi-
geris ſuis pecunia corrupto p eũ dolo ac fraude Cyprianũ
interfecit. Milites tñ poſt mortẽ Cypriani Vliaꝝ ꝓſecuti ur
bem egregie defendebant. Itaq; circa illã cõmorari diutius
Totilas nolens ſoluta Peruſii obſidione Romã petere cõten-
dit. Cũq; eo ꝑueniſſet: opportunis locis Romã circunſedit:
nõ tamen agricolis moleſtus. Nã toto hoc bello Totilas ru-
ſticos & agricolas offendi a ſuis militibus nunq̃ permiſit.
Romæ in præſidio erant Beſſas unus ex Iuſtiniani ducibus
& Conon ille qui dudũ Neapoli præfuerat. Miſerat quoq;
eo Beliſarius Artaſirã genere Perſam: & Barbationẽ thracẽ
cum nõ cõtemnenda militũ manu qui cuſtodiæ urbis una
cum cæteris intenderent. Cum igitur circa urbem Romam
conſtitiſſent Gotthi: egreſſi cum militibus Artaſira & Bar-
bation prœlium inierunt. Ac primo quidẽ Gotthos in fugã
uerterunt: ſed ipſi longius inſecuti tandem circũueniunt̃ a
Gotthis: maioriq; parte militũ amiſſa: uix atq; anxie in ur-
bẽ refugerunt: atq; ex illo tpe deficiente ſpe caritas annonæ
prius: mox etiã fames ſecuta eſt. Neq; enim terra importari
quicq̃ poterat aſſidentibus Gotthis: neq; mari qm̃ claſſis du
dum a Totila Neapolis cõparata: tunc rurſus ſtructa: one-
rarias nauigare ꝓhibebat. Et intra urbẽ Romã p hoc ipm
tempus ſuſpicio ꝓditionis ingens uerſabat̃. Ob quã Cethe-
gus princeps ſenatus Roma pulſus cẽtũcellas aufugit. Dũ
ea Romę gerebant̃: alius Gotthoꝝ exercitus Totila iubẽte
Placẽtiã obſedit. Ea ẽ urbs magna iuxta padũ amnẽ: ſolaq;
ex oĩbus eius regionis ciuitatibus Iuſtiniani ꝑmanebat in
partibus. Beliſarius aũt cũ hęc intueret̃: ac de ꝑiculo urbis

Roma obſidetur a Totila

Placentia

romæ plurimũ ſolicitus eſſet:ac ex urbe rauẽna opem ferre nõ ualeret:ob loca interiacẽtia ab hoſtibus poſſeſſa & paucitate copiarũ ſuarũ abire illinc & alia uia auxiliũ ferre cõſtituit. Itaq; Iuſtino cũ manu militũ rauennæ relicto ipſe ꝑ dalmatiã dyrrachiũ profectus ibi uẽturas ab imꝑatore copias expectabat. Roma inter hæc duriſſime obſidebatur:& cũcta in deterius prolabi:& ad ruinã tendere uidebant̃. Valẽtinus & Focas a Beliſario præmiſſi portuẽſem urbẽ tenebãt:atq; inde moleſtias & dãna ꝓpe quotidianis incurſionibꝰ inferebãt hoſti. Cũ igit̃ aliquo tẽpore ea ꝓſpere feciſſent: magnaq; ob hoc auxilia prębuiſſent obſeſſis:tãdẽ præcipitati in inſidias & ab hoſtibꝰ circũuẽti interficiunt̃:paucīq; ex eoꝝ militibus uix & anxie in portũ refugiẽtes euaſerũt. Traxit uero hæc præfectorũ & militũ cædes ſtatim poſt ſe incõmodũ maius ꝓpter frumẽti amiſſionẽ. Vigilius enĩ põtifex Romanus tũc in Sicilia degẽs cũ fame premi Romanũ populũ cognouiſſet: magnã ui frumẽti nauibus impoſitã romã mittebat. Gotthi autẽ id ſentiẽtes cũ iã apropinquarẽt naues in portũ ꝑueniũt:& poſt turres ædificiaq; latẽtes inſidias ſtruũt. Milites q erant in oppido:haud multo prius amiſſis præfectis cæſiſq; maxima ex ꝑte ſociis:pauci ipſi relicti aduerſus hoſtes exire nõ auſi de mœnibus ac ꝓpugnaculis quaſſatione ueſtiũ & manibus & clamore nautis ſignificabãt inſidias eſſe ĩ portu:ꝓinde cauerẽt:nec illuc accederent. Nautæ uero utpote qui neq; de aduerſa pugna neq; de cæde præfectoꝝ qcq̃ audierãt:illa quæ fiebãt ſigna ꝓinde accipiebãt q̃ſi læticiæ adhortatiõiſq; ſigna forẽt. Itaq; ob hoc ipm magis ꝓperantes ſecũdo curſu portũ ingreſſi a

gotthis inſidentibus capiũť omnes cũ ſumma deſperatione populi romani:qui ab expectatione eius frumẽti totus pẽ/debat.Et fames qdem non iam tolerabilis romã premebat. Gotthi aũt ob hoc ipſum audacius inſtabant.Erat ꝑ id tṗs Romæ Pelagius qdem diaconus qui in hac difficultate fa/mis ꝑmulta ac maxima pietatis opera in plebẽ Romanam ediderat:pecunias erogãdo ac ſuccurrẽdo indigẽtiæ ſingu/loꝝ ob quã liberalitatẽ nomẽ eius prius magnũ etiã clarius factũ eſt.Ad hũc igiť Romani cõueniũt:poſtulãtq; ſuppli/citer:ut ꝓ ſalute populi Romani legat9 ad Totilã ꝓficiſcať: paucoꝝ dierũ inducias petiturus:qb9 dieb9 niſi auxiliũ ſu/ꝑueniat:deditionẽ urbis Totilæ ꝓmittat.Pelagius autẽ quã do ita neceſſe erat populo paret:in caſtra ad Totilã cũ mã/datis accedit.Totilas uero hoc ipſum fore coniectura ſuſpi/catus:ex trãſfugis enĩ difficultatẽ obſeſſoꝝ extremã cogno/uerat:uenientẽ ad ſe Pelagiũ honorifice ſuſcepit:ſed ãte quã Pelagius mãdata exponeret ipſe ꝑueniẽs lõga & acerba ora tiõe cõtra romanos inuectus eſt:bñficia Thoderici gotthoꝝ q; ĩ Romanos exprobãs:ac ꝑfidiã Romanoꝝ in gotthos re darguẽs.Ad extremũ cõclufit nullã eſſe colloquii uel pacti/onis uiã:niſi euerſis mœnibus ſeſe ac ſua in arbitriũ poteſta/tẽq; Gotthoꝝ Romani ꝓmittant:eas paſſuri leges quas ſibi uictor tradidiſſet:hãc acerbitatẽ cõtumeliãq; orationis Pela gius audiẽs nõ ultra cũ eo inſiſtendũ ratus.Quãdo qdẽ in/qt tu Totilas uocẽ legati audire non ſuſtinuiſti:ſed antici/pãs ꝑcidiſti omnẽ colloquii uiã ad deũ cõfugiemus:qui ſo/let ſupbas ac ſupra modũ elatas hominũ mẽtes ſuo iudicio deprimere.Hęc fatus e ueſtigio ĩ urbẽ reuerſus eſt.Romani

autē Pelagiū re infecta redire cernentes:qd agerent aut quo ſe uerterēt neſciebāt. Hinc enim fames intolerabilis eos pre mebat:Illinc uero Totilæ Gotthoꝝq crudelitas ante oculos uerſabat̃:potiuſq inedia mori q̃ i ſæuiſſimas Gotthoꝝ ma/nus deuenire ſtatuebāt. His rōnib9ca ꝑpeſſus eſt Romanus populus:quæ etiā cōmemorare miſerrimū ſit. Inter hæc Iuſtinianus Ioānē cū exercitu ad Beliſariū remiſit. Prębuit uero neq tūc magnas copias:ſed maiores parabat ꝓxio trāſ/mittere. Cuius rei gratia Narſetē cubiculariū ad erulos miſerat & ad cæteras nationes barbaras circa hiſtrū incolētes & iā in thraciā eoꝝ quidā tranſierāt. Sed cū dyrrachiū ꝑuenisſent copiæ:ac de gerendo bello conſultaret̃:oēs uno ore ferendā opē Romanis cenſebāt. Quomodo autē id fieri deberet:uariæ fuerūt ſentētiæ. Ioannes enim ſuadebat cū omnibus copiis ꝑ Calabriā & Apuliā ꝓficiſcendū eſſe:atq ita Romā petendū. Simul enī euntes ꝑfacile uictores eſſe poſ/ſe. Quod ſi diuidāt̃ copiæ;& alii terra:alii mari ꝓficiſcāt̃: nullā ꝑtem hoſtibus parem futurā:Beliſarius hāc ipſam ſententiā laudaturū ſe dicebat:ſi populus Romanus in tanta extremitate cōſtitutus nō foret. Nūc aūt maxia feſtinatiōe opus eſſe. Habere uero ꝑ Calabriā & Apuliā iter ꝑ ſe ipm longitudinē magnā:& ab hoſtibus occurrētibus moras in/ferri poſſe. Mari uero ſi uentus adſit:qnta die in portū Romanū claſſem ꝑuenturā:ac ex ꝓpinquo certā ſpem Roma/no populo allaturā. Audierat.n.præfectoꝝ ſuoꝝ aduerſam pugnā:ac frumēti ſiculi amiſſionē cognouerat. Ex hoc de/ſperationē ac difficultatē Romani populi animo deprehendebat. Hac igitur ſnīa in conſilio approbata Beliſarius cū

claſſe dyrrachio profectus Hydruntũ ꝑuenit. Gotthi autẽ
qui id oppidũ obſidebant ꝑſentia Beliſarii cõteriti obſidio/
nem diſſoluerũt:fugienteſq; ab eius cõſpectu Brunduſiũ ſe
receperũt:quod diſtat ab hydrũto duoꝝ dieꝝ itinere:cõfe/
ſtimq; ad Totilã mittẽtes ſignificarũt:Beliſarii aduentũ cre
dentes cũ terra iter eſſe facturũ. Quod cũ audiſſet Totilas
ſtatim ſe cõparauit cũ exercitu obuiã proficiſci. Sed cũ Be
liſarius poſtea mari ferret:idq; Totilas cognouiſſet:ad reſi/
ſtendũ circa urbẽ Romã totus incubuit maxime in eo ſo/
licitus ne tyberi importari ad obſeſſos quicq̃ poſſit. Cuius
rei gratia hæc prouidit:Locũ eligẽs procul ab urbe unde/
cim milib⁹ paſſuũ:ubi flumẽ tyberis maxime in arctũ co/
gitur:trabes lõgas ab una ripa ad alteram in modũ pontis
cõſtituit. In utraq; deinde ripa turrim ligneã effecit. Cathe/
nam inſup ferreã ante pontẽ ipſum collocauit:pſidiaq; duo
ab utraq; ripa ad cathenę capita ędificauit:turres aũt ac
pſidia militib⁹ cõpleuit:qui pontẽ cuſtodirẽt. Beliſarius in/
ter hæc ad portũ Romanũ ꝑuenerat. Ibiq; expoſitis copiis
Ioãnẽ & exercitũ q cũ illo erant expectabat. Romani uero
cognito aduẽtu:meliori ſpe difficultates oẽs tolerabãt. Ioã/
nes poſt diſceſſum Beliſarii traiecto freto Gotthos nil tale
ſuſpicantes inuaſit:multaq; cæde in fugã uerſos perſecutus
eſt:ac primo impetu Brunduſium cepit. Conciliatis deinde
ſibi Calabriæ populis & ad beniuolentiam Iuſtiniani tra/
ductis:multaq; illis pollicitus Brunduſio abiit:qntiſq; ſub/
inde caſtris ad urbem Canuſium peruenit. Id quoq; oppi/
dum in poteſtatem redegit. Non longe a Canuſio uicus eſt
cannæ: in quo memorabile illud prœlium inter Hanni/

balē & Romanos fuiſſe ꝑhibet̃. In hoc loco Tullianus qdā Venātii fili9 cuius magnū nomē magnaq; auctoritas in lucanis erat Ioānē adit: docetq; lucanos & brutios nō ſponte ſua ſed cōtumeliis grçcoꝝ coactos hoſtib9 adhæſiſſe: ſi beniuolētiā & humanitatē ſeruare erga illos īpator uelit: ſponte ſua populos eē redituros: huic hoī cōmēdato āpliſſime Ioānes oīa pollicet̃: ciuſq; utiliſſima opa uſus eſt. Totilas uero cū iā appropinq̄ret Ioānes delectū ſuoꝝ eqtū capuā miſit: iubēs ut ītra mœnia cōſiſtāt: demōſtrationēq; ſui q̄minimā faciāt. Sed cū ꝑterierit exercitus hoſtiū tūc a tergo ipſi ſubſequant̃. Cætera uero ſibi curæ fore inqt: hæc res adeo conteruit Ioānē: ueritū ne ab hoſtib9 circūueniat̃: ut omiſſa ad Beliſariū ꝓfectiōe in brutios & lucanos iter cōuerterit. Erat in brutiis Richimūdus quidā Gotthus a Totila cū exercitu miſſus: quo eā ꝓuinciā cōtineret: ac circa ſcyllā & charybdim aditū cuſtodiret: hūc īprouiſo aggreſſus Ioānes primo īpetu ꝓfligauit: cæſaq; magna pte copiaꝝ reliquos una cū duce in deditione accepit. Ex hoc iā Lucani & Brutii oēs a Gotthis deficiētes impatorias ſecuti ſunt ptes. Et Ioānes quidē in his erat: Beliſarius aūt aſſidue expectās incredibili dolore cōficiebat̃: dānabatq; Ioānis ignauiā quod non aduerſus eqtatū q capuæ fuerat cōflixiſſet: ꝑſertim cū ipſe uel optimū hūnoꝝ eqtatū hēret: q facile puincere poterat: & ꝓfligatis hoſtibus iter ſuū cōtinuare: neq; quod turpiſſimū fuerit cōuertere: hæc & hmōi Beliſari9 culpabat. Cæteꝝ q̄relę inanes erāt. Ioānes. n. in Apulia ſtatiuis poſitis qeſcebat: cogitationēq; Romā petēdi oīno abiecerat. Timēs igit̃ Beliſarius ne obſeſſi deſtitutos ſe putēt: ac ob deſpationē aliquod

ſiniſtrū moliant̃:ſtatuit ꝑ tyberim auxiliū ferre.Nā ꝑ terrā
quidē nō tantas habebat copias:ut cōgredi aduerſus hoſtes
ualeret.Flumē & ingeniū ſibi ſpē afferebat ꝑ aquā ad urbē
ꝑuadendi.Hac igit̃ cogitatione inſurgēs naues ducētas pa
rauit ex eo genere nauigioꝝ quę dromadas græci appellāt.
Hæ ſunt naues mœnia undequaq; lignea habētes opportu/
nis locis ꝑforata ad ſagittas ac cætera tela in hoſtes emittē/
da.Aduerſus aūt pontē ac cætera impedimenta in flnmine
oppoſita hæc excogitauit.Rates duas ferreis repagulis ac
tignis inter ſe q̄firmiſſime colligatas in flumine cōſtituit:ſu/
perq; his turrim ligneā ædificari fecit maioris altitudinis q̄
eſſent hoſtiū turres ad tutelā pontis cōſtructæ.His ita para
tis frumenta & alia neceſſaria ad uictū quæ Romā deferre
cōſtituerat dromadibus impoſuit:ac fortiſſimos pugnaciſſi/
moſq; milites cōſcendere in eas iuſſit.Cæterā uero multitu/
dinē iuxta ripā tyberis incendere:ac trahere rates cū turri
mādauit:ꝑ hunc modū ſtructa parataq; claſſe ad hoſtes cō/
tendit.Ipſe quidē unā dromadū īgreſſus princeps ducebat:
cæteræ ſequebant̃.Ibat una & pedeſtris exercitus iuxta ri/
pam illā qua portus eſt.Miſerat quoq; Romā Beliſarius ad
Beſſam:ut eruptione ꝑ id tēpus facta hoſtes q̄maxime diſti
neret.Sed Beſſas neq; hoc neq; aliud quicq̄ opportunū tota
illa obſidione fecit.Claſſis igit̃ a Beliſario ꝑ eū modū ſtru/
cta cōtra curſum fluminis cōtendebat.Gotthi uero nullo in
loco obuiā ingreſſi ſunt:ſed ītra munitiones quieti ꝑſtabāt.
Cum prope pontē iam eſſet claſſis ſtationem hoſtiū repiūt:
& pręſidiū unum ad caput cathenæ impoſitum.Hoc igit̃
præſidiū Beliſarii milites primo impetu expugnarunt:ſub/

lataq; cathena ad pontẽ iuerunt. Ibi pugna duriſſima orta eſt: conãtibus Gotthis pontẽ defendere: Beliſarii uero militi bus pontẽ puincere. Gotthi enim ex caſtellis quæ erãt ad ca pita pontis p pontẽ ipſum diſcurrentes fortiſſime dimica/ bant. Milites aũt nauibus ad pontẽ ipſum adactis Gotthos feriebãt: nec in ponte cõſiſtere patiebant. Inter hæc Beliſa/ rius rates in qb9 turris erat: q̃proxime ad turrim hoſtiũ ad/ moueri iuſſit. Cũq; adhæſiſſet: uaſa ſulfure ac pice plena q̃ ad hoc ipſum in ſumma turris pte ſuſpẽſa ferebant incẽdi: & in hoſtiũ turrim de ſupiori loco demitti p̃cepit. Id cũ fa/ ctum eſſet: incidens in turrim hoſtiũ ignis confeſtim illã cũ omnibus Gotthis qui in ipſa erãt cremauit. Fuerũt autẽ nõ pauciores ducẽtis qui in eo incẽdio perierũt: & cũ his præ/ fectus eius præſidii uir omniũ Gotthoꝝ pugnaciſſimus. In/ de iã maiori alacritate milites in cæteros Gotthoꝝ ruentes terga dare eos cõpulerunt: pontẽq; cœperunt: quẽ cõfeſtim inciſuri erãt: & cũ tota claſſe Romã profecturi. Neq; enim impedimenta ſuperant ulla quo minus puenire ad urbẽ: & frumentũ cæteraq; neceſſaria inferre poſſent cũ ſumma Be/ liſarii gloria: qui claſſem illiuſmodi excogitarat: ſed fortuna ut uidet aliud cõſtituerat. Impedimentũ enim nõ ab hoſti/ bus ſed a ſuis coortũ mirabili caſu omnia puertit: Oſtiã ur/ bẽ tenebãt Gotthi: quę eſt in ſiniſtra tyberis ripa iuxta ma/ re: portus autẽ in dextera. Cũ Beliſari9 cũ claſſe ꝓficiſceret uxorẽ & res ſuas in portuenſi urbe reliquit: præfecitq; oppi do Iſaacẽ uiꝝ ſtrenuum & fidelẽ cum ſatis grandi militum præſidio: iubens & obteſtans ne quocunq; caſu ex oppido diſcederet: ſed ibi conſiſtens oppidũ tueret. Cũ igit turrim

hoſtium Beliſarius incendiſſet ut diximus:uolant confeſtim nuncii ad portuenſem urbẽ:atq; ut fit uictoriã magnã grã/dius extollunt.Quibus nunciis Iſaaces exultans lætitia ac ſeſe animo attollens quaſi ueſanus quidã præceptoꝝ Beliſarii oblitus milites cape arma iubet:ardore & impetu dela/tus ad inuadendũ ſtationẽ hoſtiũ:quæ erat in alia ripa non procul ab oſtia cucurrit.Inuadit ſubito Gotthos:ac primo impetu pellit.Sed hoſtes paulopoſt ſe ſe colligentes cohor/tanteſq; aduerſus Iſaacẽ redierũt:cæſaq; magna p̄te militũ qui cũ illo erant:ipſum diſcuſſa eius urſania cæpunt.His ita geſtis equites quidã Beliſario detulerũt Iſaacẽ captũ eſſe ab hoſtibus:quo quidẽ nũcio ꝑculſus Beliſarius nihil ultra percõtatus eſt:nec ubi nec quomodo.Sed ita accepit quaſi hoſtes portũ cepiſſent:uxoremq; ac cætera eius omnia ha/berent in manibus.Itaq; tanto ſtatim dolore affectus eſt:ut loqui non ualeret.Retroq; conuerſus claſſem ac milites curſim reduxit:certiſſimo ꝓpoſito uel oppidũ recuperandi re/bus adhuc recentibus nec ab hoſtibus ſtabilitis:uel in prœ/lio moriendi.Per hunc modũ uictoria iã parata a Beliſario deſerta eſt.Cũ ad portũ ꝑueniſſet:ſaluũ eſſe oppidũ:ac errore ſe deceptũ cognouit.Tantũq; dolorẽ ex hoc ſuſcepit ut ægritudine correptus iaceret:ſecutaq; ſubinde febris longo ac ꝑiculoſo morbo eũ detinuit.Iſaaces tãtoꝝ maloꝝ cauſa iuſſu Totilę in uinculis occidit ob uindictã Roderici præ/fecti pręſidii:q ex uulnere in pugna ſuſcepto deceſſerat.Et oĩno Totilas humanitatẽ illã quã ab initio regni oñderat:i ſuꝑbiã crudelitatẽq; cõuerterat:ſiuẽ ſucceſſibus aĩos facien/tib9:ſiue quod ficta ab initio uirtus diu ſimulari nõ potuit.

De populo certe Romano ſic acerbe loquebatur:ut uel hic
terror cā fuerit ꝑtinacius famē tolerādi quod formidabant
hoīes illius ſæuitiā atq; īmanitatē. Quādiu igit̃ tēpus fuit
a Beliſario auxilii expectādi ſupra uires:ſupraq; ut ita di/
xerim humanitatē populus Ro.famē tolerauit.Omitto cę/
tera:equoꝝ certe & aſinoꝝ & muloꝝ carnes in delitiis p id
tēps Romæ fuerūt:Canes & mures ac cætera immūda ani/
malia qdā edebāt herbas omnis generis quas etiā pecudes
non attingūt:Radicibus herbaꝝ & corticibus arboꝝ ueſce
batur.Sed cū de auxilio iā deſperarēt:in lachrymas lamē/
tationeſq; cōuerſi alii ſponte ſua uitā finiebāt:alii latitantes
per noctē ſtationes hoſtiū fallere nitebant̃.Multos etiā fa/
mes & inedia intra parietes ꝓprios necauit.In his calamita
tib9 cū eſſet ciuitas:quattuor milites Iſauri de ꝓdēda urbe
conſiliū inierūt.Hi cuſtodiā agebant ad cælimontanā por/
tam:quā uulgo aſinariā uocāt. Qui cū inter ſe id conſiliū
cœpiſſent:fune p noctē a mœnibus demiſſo p eū deſcende/
runt:Totilāq; adeuntes ꝓdere ſibi urbē pollicent̃. Totilas
uero hortatus eos ac multa pollicitus quoſdā e ſuis cū illis
miſit:qui inſpicerēt locū:& an fieri poſſet cōſiderarēt.Iſau/
ri eos ad mœnia ducentes p eundē funē illis ſpectantibus
conſcenderūt. Ita re diligenter inſpecta cū fidem his adhi/
buiſſet:cōſtituta ad facinus nocte Totilas de prima uigilia
armari exercitū:& ad ſe cōuenire iubet.Id cū factum eſſet:
quoſdā e ſuis qui p funē conſcenderēt pmiſit.Ipſe cū exer/
citu ſecutus nōꝓcul a porta cōſtitit.Miſſi aTotila ut cōpo
ſitū erat ab Iſauris recepti mœnib9:moxq; intra urbem ad
portā deſcendētes ſecuribus freti portas aperuerūt.Totilas

igitur per hūc modū Romā ingreſſus exercitū ad portam cōtinuit:neq; ſuoꝝ queq̄ diſcurrere p urbē paſſus eſt:ſed re tinens apud ſe milites diē expectabat. Clamor ſubito ab ea pte exortus hoſtes eſſe intra mœnia ſignificauit. Inde mira trepidatio & fuga fuit. Abibant fugientiū agmina per eas portas quæ diuerſiſſimæ erāt ab ingreſſu hoſtiū. Multi etiā ex nobilitate & plebe ad eccleſias cōfugerūt. Cum dies tan dem eluxit:per totā urbē diſcurrerūt hoſtes:& quoſcūq; na cti ſunt ciuiū ſine ullo delectu interfecerūt. Totilas uero a Laterano ubi p noctem cōſtiterat mouēs ad beati Petri ec cleſiā ꝑfectus eſt quaſi uotū exoluturus. Iter faciebat p ur bem ſtipatus cateruis ferociſſimoꝝ hominū:qui nudis gla diis ac ſanguine diſtillantibus quoſcūq; obuios ſine ulla di ſtinctione occidebāt. Emenſo totius urbis ſpacio cū in ua ticanū ad beati Petri limina peruéniſſet:Pelagius de quo ſu pra diximus p̄ſentiā eius formidās:ſolēni religionis habitu indutus euāgelia chriſti tenēs in manib9 ac genua ſummit tens:Parce inq̄t rex ſupplicibus tuis. Totilas aūt ſupbo ni miū aſpectu quaſi dedignās:nūc inq̄t Pelagi mihi ſupplica turus uenis? Ad quē Pelagius:nunc inquit q̄ñ deus te mihi dñm eſſe uoluit. Miſerere igiť dñe ſeruoꝝ tuoꝝ:Ex hoc To tilas q̄ſi lenita ira p̄cepit:ut nemo poſthac feriret:ſed finis eēt licētiæ gladioꝝ & cædib9. Præcepit ēt ut nulla ingenua fœmina:ſeu mulier:ſeu uirgo:ſeu nupta:ſeu uidua foret uio laret:idq; ſeuere cū omni diligētia cuſtodiuit. Bona dūta xat Romanoꝝ ciuiū in p̄dā militibus cōceſſit:corpora libe ra eſſe iuſſit. Volens aūt Gotthoꝝ mētes uictoria elatas de primere in cōcione poſtridie uocatos in hūc modū allocu

tus eſt. An qſq̄ ueſtrũ cõmilitones tãtas mutationes intuens q̄tæ p hos ãnos cõtigerũt: nõ formidet reꝝ hũanaꝝ fragili/ tatẽ? & uñ mutatiões iſtę pueniãt nõ facile dephẽdat? Omit to Romã dñatricẽ quódã orbis terraꝝ in uras manus nũc deueniſſe: hæc. n. antiqora ſunt: ruinaq; huius urbis nõ nũc primũ incepit. Ego nra cõmemorare malo. Q uíd potẽtius ante hoc bellũ fuit: q̄ Gotthoꝝ gens p Italiã? ducenta milia bellatoꝝ ponebat in cãpo armis: equis: opibus: auro & ar/ gento affatim ſtructa. Italiã uniuerſam cũ Sicilia: Corſica: Sardinia: & Dalmatia poſſidebat. Hanc tantã potentiã qs unq̄ putaſſet ab ſeptẽ milibus græcoꝝ: nec enim plures ab initio in Italiã uenerunt fuiſſe ſubuerſam? Q uid aũt po/ ſtea tenentibus oĩa græcis ac plane dominantibus: quiſquã ne putaſſet uos admodũ paucos & inopes aduerſus uigin/ ti milia græcoꝝ Italiã recupaſſe: cũ ab initio quattuor equi tum milia cõficeretis: ac p̃ter Papiã Veronã & Taruiſium nihil p Italiã teneretis? Romã nũc tandẽ caput reꝝ cepiſſe: quã Vitigis ducentoꝝ miliũ exercitu: & annua obſidione ſubígere nequít. Maxima ſunt hæc cõmilitones: ac digna admiratione nõ parua. Atqui mutationũ iſtarum cauſæ ſi attendere uelimus manifeſtiſſimæ ſunt: q̄diu enim Gotthi æquitatẽ ac iuſticiã inter ſe colere uoluerũt: res eoꝝ ac po/ tentia floruit. Cum uero plus habẽdi cupiditas tranſuerſos egit: tunc ſeditiones domeſticæ cædeſq; inteſtinæ & prodi/ tiones clandeſtinæ inter ſe ipſos coortæ ruinam peperunt. Rurſus uero cũ in iuſticiam duces: hæ ipſe labes tranſiue/ runt: uos iam emendati facile eos ſupaſtis: hæc ígitur conſi derantes in hac uictoria ueſtra minime ſupbire debetis: ſed

deum uereri ac mutabilitatē fortunæ expauefcere. Illudq; intelligere impia ac potentias omnes pfacile amitti:niſi per iuſticiam & puidentiā & induſtriā conſeruentur. Maximā igit adhuc uobis cōmilitones laboris partē reſtare ſcitote. Nam tueri quæſita difficilius eſt q̄ acquirere. Q uoniā in acqrendo ignauia poſſidentis ſæpe plus confert q̄ ppria uir tus. Tueri aūt quęſita ſine ppria uirtute nemo pōt. Hæc tū a Totila dicta ſunt. Gotthi āt ſapiam regis ſui laudauerūt. Poſt hęc romanis ad ſe uocatis illoꝝ īgratitudinē erroreſq; redarguit. Q uod cū prius fuiſſent ī manib9 Odoacri:opa Theoderici & gotthoꝝ liberati ab illius tyrānide tāta ſuſce piſſent bn̄ficia q̄ta uix ſciuiſſent optare:pp quę diuites atq; beati multos ānos uixiſſent. Demū uero nulla iniuria nul laq; cōtumelia accepta cōtra fidē ac iuſiurādū ad gręcos de feciſſent hoīes leuiſſimos & ſine ulla uirtute. Q ui ſtatí ob ſeſſi ab Vitigide nūq̄ pdire in aciē auſi fuerint:ſed ītra mœ nia incluſi ac fame macerati oē dedecus tolerauerint. Q ui poſtq̄ nō armis ſed pditionib9 & fallaciis facti ſunt dn̄i ci uitatū publicanis exactoribuſq; & delatoribus oīa referſe runt. Q ui ciuitates populoſq; Italię mirabili acerbitate ad ſolutionē coꝝ tributoꝝ cōpulerínt:q̄ iā multis ānis a Theo derico cæteriſq; regibns fuerāt eis condonata atq; remiſſa: Q ui rōnes adminiſtratoꝝ ſub eiſdē regibus a populis pri uatiſq; hoībus repopoſcerunt:ut impatoris ſui inexplebilis auaritia impleret. Dicite inquit Romani ſi qd unq̄ mali a Gotthorū regibus paſſi fueritis:dicite rurſus ſi quid boni a græculis iſtis accepiſtis unquā? Q ui uobis amicis plura mala q̄ hoſtibus intulerūt:genus uicioſum ac maleficum:

& in ulla re magis q̃ mētiendo efficax. Atqui Gotthi in Itai lia nati & una uobiſcū educati ſunt: uobis autē pegrini & ignoti magis placuerunt q̃ ueſtrates & noti: uſqꝫadeo quos amare debebatis: odiſtis noua optantes & qetē faſtidientes: queādmodū equi ocio & affluentia calcitroſi fiunt. Vos igi tur hæc cōtra rectā fidē contraqꝫ utilitatē ueſtrā patrati pœ nas merito luiſtis hactenus & luetis. His dictis Romanos ſi ne ulla ſpe bona dimiſit. Per eoſdē dies acta Iuſtinianæ no/ bilis mulieris cā eſt. Accuſabant illā Gotthi & ſtatuas Theo derici regis cōfringi deleriqꝫ feciſſet: ob uindictā Boetii ma riti ac Symachi pr̄is: quos Theodericus necari fecerat. Q d obiiciebatᷣ mulieri de ſtatuis deletis: ueꝝ fuiſſe putabatur. Sed excuſabat eā iuſtus dolor: ꝙ magnos illos uiros iniuſte necatos fuiſſe cōſtabat. Q ua ratione Totilas mulierē abſol uit: & ab impetu Gotthoꝝ tutam ſeruauit. Poſt hęc legatos mittere ad Iuſtinianū decreuit. Fuerūt autē legati Pelagius de quo ſupra diximus: & Theodorus qdā Romanus orator. Hos Totilas grauiſſimis iuramētis obligauit: ꝙ mādata ſua fideliter exequentᷣ: & ꝙ in Italiā q̃celeriter ad ſe redibunt. Summa mādatoꝝ hęc fuit. Si ĩpator ipſum & Gotthos in amicis hr̄e uelit: ſe urbē Romā ſeruatuꝝ: & in cūctis expe ditionibus pmagna ac fidelia auxilia p̄ſtatuꝝ. Si aūt bellū cū Gotthis hr̄e malit: Romā ad ſolū eſſe dirutuꝝ: qm̄ neqꝫ tueri illā in bello occupatus eē uelit: neqꝫ hoſtibus eā relin/ quere. Scripſit etiā ad Iuſtinianū epiſtolā in hunc modum. Q uę facta ſint de urbe Roma puto te oīa cognouiſſe: quo rū uero gr̄a legatos ad te mittimꝰ: iſta ſunt. Pacis bōa opta mus & ſuſcipe & exhibere: ut nup ſub Anaſtaſio impatore

Ro.cũ rege Theoderico fuit:quoꝝ concordia & pax tranquillitatẽ illoꝝ tempoꝝ & ꝑmaxima cõmoda utriſq; pepit: Si igitur & tu eiuſmodi mentis es parentẽ merito te uocabo:meq; & Gotthos in quibuſcunq; expeditionibus auxiliares habebis:Sin alterius mentis es:a legatis intelliges quæ ſequent̃.Legati igitur cũ his mandatis in græciam nauigarunt.Totilas autẽ expectans illoꝝ reditum Romæ conſiſtebat.Beliſarius apud portũ febri ac dolore animi confectus quieſcebat.Inter hæc Ioãnes in lucanis & brutiis multa innouare prexit.Quare Totilas quoq; mittere in lucanos ac bellũ reſumere coactus eſt.Nec multo poſt certior fit de Iuſtiniani reſponſo.Nam cũ legati ad eum ꝓfecti epiſtolam primo reddidiſſent:moxq; mãdata expoſuiſſent:& addidiſſent ipſi preces ac ſupplicia pro cõſeruatione urbis Romæ in tanto diſcrimine cõſtitutæ:nihil aliud ab imꝑatore reſpõſum eſt niſi Beliſariũ eſſe in Italia:in cuius poteſtate atq; arbitrio res Italiæ cõmiſiſſet.Id poſtq̃ Totilas intellexit negari ſibi cernens quod poſtulauerat:Ioãnis etiã factũ indignatus qui ſe quieſcentẽ ac nuncios pro cõcordia miſſos expectantẽ bello laceſſiſſet:de uertenda urbe Roma cõſiliũ ſumpſit.Itaq; inſurgens mirabili crudelitate mœnia Romę pluribus locis ad ſolũ euertit.Fuit autẽ illa quę euerſa eſt fere tertia pars totius ambitus muroꝝ.Capitoliũ deinde incendit:circa foꝝ & ſuburã & uiã ſacrã omnia cõflagrauit:fumabat quirinalis mons:auẽtinus flãmã incendii euomebat: fragor ruentiũ domoꝝ ubiq; audiebat̃.Inter hęc incendia multitudo urbana cũ coniugibus & liberis ſedibus patriis educebatur:ne deplorandi quidẽ miſerias ſuas libertatẽ ha

bens. Et populum quidē ac turbā p̱ oppida campaniæ diſperſit. Senatores uero ac patricios obſidū loco circa ſe retinuit. Roma poſt hæc cū toto exercitu egreſſus eam deſolatam penitus ac uacuā dereliquit: ut neq; uir quiſquā neq; fœmina in illa remaneret.

Incipit Liber Quartus.

EGreſſus Roma Totilas ptē exercitus cōtra portū collocauit in loco q̄ dicit̃ Algidone: ne Beliſarii milites qcq̄ moliri per eius abſētiā ualerēt. Ipſe cū reliq̄s copiis aduerſus Ioānē in Calabria ꝓfectus eſt. Ioannes uero ſimūl ac uenire Totilā aduerſus ſe cognouit: turpiter fugiēs & oīa derelinq̄ns nō prius cōſtitit q̄ hidrūto ſe recepit: qᵈ eſt ultimū calabriȩ oppidū. Itaq; ubi ad eas ptes Totilas ꝑuenit: paruo momēto Lucāos & Brutios & Calabros oēs p̄ter hidrūtinos recupauit. Per hoc tp̄s ſpoletū a gotthis defecit. Cuſtodiebat̃ tūc ſolūmō arx: nā mœnia ſpoleti Totilas euerterat. Arx uero facta erat ex āphiteatro: qᵈ antiq̄tus ea ī urbe exȩdificatū fuerat. Auctor uero defectiōis fuit Martian9 qdā bizātius: q cū inter cuſtodes eēt: initā cū .x. & .viii. militib9 cōiuratiōe p̄fectū p̄ſidii īterfecit: arcēq; Beliſario tradidit. Eodē fere tp̄e tarentū repoſitū eſt: cū prius deſertū ac deſolatū fuiſſet. Repoſuerūt eā urbem calabri & alii populi bello domo pulſi. Nec primū eius urbis magnitudinē ſed partē illius quādā iuxta portū mari utrinq; cinctā occupātes faciliter eius aditū a terra munierūt. Totilas redactis in ptātē cunctis lucaniæ & calabriæ oppidis p̄ter hydrūtū cū inde abire ſtatuiſſ

ſet pſidio militũ apud Acheruſiũ urbẽ relicto ipſe cũ reli/
quo exercitu Rauẽnã petere cõtendit. Inter hæc Beliſarius
longa febri liberatus audax cœptũ ac ut multi putaſſent te
merariũ moliri aggreſſus eſt:qd tñ poſtea magnanimũ &
laudabile apparuit.Cõſtituit.n.Romanã urbẽ tũc deſolatã
occupare ex improuiſo atq; munire. Hoc igit̃ in ſe cælans
cõſiliũ relictis apud portũ paucis militib9 in pſidio eius op
pidi:ipſe cũ cæteris oĩb9 quas hẽbat copiis pfectus nemine
uel ſuoꝝ uel hoſtiũ id ſuſpicãte Romã occupauit:& incre
dibili celeritate munire illã prexit. Quia.n.ſubuerſa erant
mœnia tumultuario ope muri aliqd refecit:foſſas pfundas
ante muros egit:aggerẽ pacutis arboꝝ ramis ab ſtipite ſub
terrã fixis & ĩter ſeſe cõnexis cõmuniuit. Turres ligneas &
ppugnacula ad tutelã refecti muri ĩpoſuit. Hęc ſũma mi/
litũ uolũtate & opa.xxiii.dieb9 Beliſari9 pfecit.Naueſq; a
portu freqũetes aderãt frumẽtũ ac cætera ad uictũ neceſſa
ria ĩportãtes.Romani ciues quoꝝ multitudo p finitima op
pida cõſtiterãt audita reſtitutiõe urbis mirabili deſiderio in
patriã demigrabant:pſertim cũ ibi frumẽti copia haberet̃:
cuius defectu alibi pmebant̃. At.n.Totilas poſtq̃ iſta ſen/
ſit relictis cæteris curis Romã petere feſtinauit.Nõdũ por
tas urbis imponere Beliſarius ualuerat:cũ hoſtes ſupuene/
runt.Neq;.n.fabroꝝ facultas aderat a quibus refici potuiſ
ſent.Gotthi prima die nõ longe ab urbe contra portam ſa/
lariã caſtra fecerunt. Poſtridie uero ſub ortũ ſolis maximo
tumultu atq; clamore ad expugnationem urbis acceſſere.
Beliſarius pugnaciſſimũ queq; militẽ delectum ad portã:
reliquos per mœnia ac ppugnacula collocauit:ac ſubeuntẽ

deſup ferire hoſtē iuſſit. Pugnatū eſt uehemēter ab utriſq̧. Nam Gotthi ea ſpe uenerāt ut primo ſtatim clamore urbē confiderēt ſe eſſe capturos. Qui cū uiderēt cōtra atq̧ ipſi rati fuerāt reſiſti:furore & ira incenſi ferebantur:temereq̧ ſubeūtes de ſupiori loco pcuſſi cadebant. Maximo conatu & mirabili ptinacia illa die utrinq̧ certatū eſt:pugnaq̧ mane cœpta ad noctē durauit. Poſtq̄ tenebræ factæ ſunt Gotthi in ſua caſtra redierūt:Beliſarii aūt milites ptim in mœnibus & ppugnaculis ut erāt conſtiterūt:ptim ſtationē ad portas egerūt. Ne uero hoſtes p noctem improuiſi adirent: tribulos ante portas frequētes iecerūt. Altera quę ſecuta eſt die Gotthi eodē ordine ad urbem acceſſerūt. Beliſarius aūt & ſui eodē modo reſiſtebant. Sed cū in longū traheret᷑ oppugnatio:milites qui ſtationē hēbāt ad portā ſubito egreſſi pedē cōferre aduerſus Gotthos ac repugnare ex æquo auſi tandē ab ea parte in fugā hoſtes uerterūt:ac longe a porta multis uulneribus ſummouerūt. Ita finis oppugnationi impoſitus eſt. Poſt hæc multis diebus intermiſſis cū interim uulneribus curādis & armis parādis intendiſſent:rurſus ad urbē oppugnandā Gotthi ſubierūt. Beliſarius uero milites ſuos iā magis fidentes porta educit:& nihilominus turrib9 & ppugnaculis aliā multitudinē imponit. Cōmittitur ante portā p̄liū atrox & uehemēs:in quo cū ſignifer Totilæ lancea tranſfixus equo cecidiſſet:ſignūq̧ pſtratū eſſet:ſummo ſtudio cōcurſum eſt ab utriſq̧:a Gotthis ſiquidē ut ſignum ſeruarēt:nec tantā ignominiā ſuſcipent:a Beliſarii uero militibus:quo ſigni capti gloriā nanciſcerent᷑. Tandē hui9 pugnæ exitus gotthi q̄dē ſignū recipent:Beliſarii uero milites

corpus ſigniferi optineret præter ſiniſtrã manũ. In qua q̃a anulus erat aureus:Gotthi eã abſciderũt:nc hoſtes eo poti/ rentur. His actis Totilas q̃a ſe fruſtra conari uidebat p̄lium diremit:ac poſtridie abiẽs tybur cõceſſit. Eam quippe tene bat urbẽ ut ſupra diximus:maioreq́ in modũ munita arce his quaſi caſtris aduerſus Romanos utebat̃. Romani uero ne ſubditis incurſionibus ab ea p̄te infeſtarent̃ cũctos anic nis pontes euerterũt. Anio flumẽ in hernicis oritur:decur/ renſq́ ex mõtibus planiciẽ ſecat inter tybur & Romã. Ha bet uero p̄altas ripas & aquaꝝ ꝓfunditatẽ nõ trãſmeabilẽ. Itaq́ pontes ſup̄ eo principalibus uiis exiſtebãt:ceu ſalaria & nomẽtana & tyburtina. His igit̃ tũc pontibus reciſis fi/ eri diſcurſiones aduerſus urbẽ Romã ab ea p̄te nõ poterãt. Beliſarius poſt gotthoꝝ diſceſſum portas urbis carũq́ fer/ ramẽta quiete iã fabricari fecit:claueſq́ urbis Romæ quaſi iteꝝ ab ſe partẽ ad Iuſtinianũ in Græciã miſit:Finiſq́ fuit duodecimi anni huius belli. Proximo dehinc anno ut pri/ mũ uer incepit:Totilas tybure ꝓfectus Peruſiam duxit. Ea urbs pridẽ obſidebat̃ ab alia gotthoꝝ manu. Cũq́ defice/ ret iã frumentũ & cætera neceſſaria ad uictũ:Totilas eo ꝓ/ fectus eſt quo obſidionẽ magis urgeret:ac oẽm ſpẽ obſeſſis auferret. Dum circa Peruſiã urbẽ Totilas cõmorat̃:Ioãnes cũ audiſſet Totilã in obſidiõe occupatũ eſſe:ſenatores uero ac patricios urbis Romæ quos ſecũ Totilas eduxerat p̄ cã/ paniæ oppida ſub militũ cuſtodia reliq̃ſſe:fama ſui nomi/ nis extendere cogitauit p̄ illoꝝ liberationẽ. Mouẽs igit̃ ex Calabrya cũ delecto eq̃tatu:neq́ die neq; noctu intermiſſo itinere in campaniã uenit. Totilas uero p̄ id ip̄m tẽpus hęc

eadē ſuſpicatus ualidā Gotthoꝝ manū in cāpaniā deſtina/
uerat. Hi cū Minturnas pueniſſent:ibi ſubſtiterūt:parteꝗ
ſuoꝝ aliq̄ pmiſerunt:q oppida ſpecularent:forteꝗ fortuna
accidit:ut gotthi eqtes pmiſſi in Ioānē eiuſꝗ eqtatū incide
rent:ſtatimꝗ pliū inter eos cœptū eſt.In quo puales Ioānes
multis eoꝝ occiſis plurimis uulneratis eos in fugā uertit.
Ea pfligatione etiā hi q Minturnis remāſerāt cōteriti aufu/
gerūt.Et Ioānes adducēdi quos uoluit pmagnā habuit fa/
cultatē.Nā oppida cāpaniæ ſine mœnibus erāt.Iāpridē.n.
Gotthi illa euerterāt.Itaꝗ ex ſingulis oppidis Romanos ca
piens oēs qui ibi repti ſunt de manib9 Gotthoꝝ liberauit:
atꝗ adduxit:pter Clæmentinū & Oreſtē:quoꝝ alter abire
noluit impatorē formidās:alter defectū equoꝝ cauſatus in
ambiguo remāſit. Non multi tn̄ ſenatores in cāpania repti
ſunt:ſed mulieres ſenatoꝝ cōplurimæ:uiri.n.nocte illa qua
Totilas urbē cepit:pleriꝗ militū agmē ſecuti in portuen/
ſem urbē refugerāt.Totilas uero cū hæc quæ a Ioāne facta
ſunt cognouiſſet:ualde cōmotus eſt:pœnaſꝗ a Ioāne ſume
re cōſtituit.Itaꝗ parte copiaꝝ in obſidione Peruſiæ relicta
ipſe cum reliquo exercitu magnis itineribus per Picētes &
Marſos & Pelignos in Apuliā pperauit:tranſuerſiſꝗ itine
ribus pfectus nō prius deſtitit q̄ in Calabrya reptum Ioānē
repente inuaſit:& cū toto exercitu pfligauit:caſtra etiā ce/
pit.Non tamē pmagna cædes facta eſt a Gotthis:nam erat
nox cū aggreſſi ſunt caſtra. Quare faciliter latitādo mili/
tes in pximos montes euaſerunt.Ioānes & Arnulfus Erulo/
rum ductor:qui una cū Ioāne militabat:Hydruntū ex fu/
ga ſe receperūt. Militeſꝗ poſtmodū diuerſis itineribus ad

eos cõuenere. Hæc Totilæ uictoria maxime nomẽ eius in/
clytum reddidit. Præclaꝝ enim uiſum eſt:regem a Peruſiæ
mœnibus in Calabriã uſq; tanta celeritate iter feciſſe:quãta
uix nudus uiator graderet̃. Nec ipſe lectica aut rheda dela/
tus:ſed pari cũ militibus labore equo ꝓfectus:armiſq; ſuis
oueratus inceſſit. Haud multo poſt id prœliũ aliæ a Iuſti/
niano copiæ in Italiã miſſæ Hidrunto applicare cœperũt.
Permotus enim imꝑator crebris Beliſarii litteris:qui condi/
tionem belli ſignificans ſupplementa poſtulabat:nouas co/
pias in Italiã mittere decreuerat. Et Beliſario ſcripſerat:ut
in Calabriã ſe transferret ad recipiendũ milites & bellum
aduerſus hoſtes illic gerendũ. Ductores uero nouaꝝ copia/
rum erant Valerianus Armenioꝝ ductor:& Verus eruloꝝ.
Beliſarius cũ imꝑatoris litteras mandataq; ſuſcepiſſet:cæ/
teris Romæ & apud portũ relictis copiis ſub cura & gu/
bernatione Cononis legati:ipſe cũ noningẽtis militibus de/
lectis:quoꝝ ſeptingenti equites ducenti pedites fuerũt ma/
ri delatus Calabriã petere contendit. Erat uero propoſitum
eius Tarenti copias exponere:quod abeſt ab Hidrũto bi/
dui itinere:eoq; in loco reliquũ exercitũ cogere. Sed uento
aduerſante cõtra ꝓpoſitũ animi ſui Crotonis in portu co/
pias exponere coactus eſt. Vi enim tẽpeſtatis nec ante neq;
retro nauigare poterat. Crotone igit̃ expoſitis copiis quo/
niam his in locis pabuli facultas nõ erat:equites a peditibꝰ
ſeꝑare cõpellitur. Ipſe enim cũ peditibus & uxore Crotonis
remanſit:quo Ioãnem cũ cæteris copiis ad ſe uocaret:equi/
tes uero ultra ꝓgredi iuſſit:& in finibus turinoꝝ conſiſte/
re. Sic enim perfacile ſibi & equis opportuna reperturos:

ac facturos tuto in loco:quoniã lucani montes in Brutios diſcurrẽtes duas ualles arctis aditib9 faciũt:nec ꝓcul ab altera ualle iuxta littus maris ruſcia eſt turinoꝝ caſtellũ:ſupraq; illud eſt oppidũ remotius a mari arduo loco ſitũ:qđ ruſcianũ uocant.Id oppidũ Ioãnes pſidio militũ cuſtodiebat.Beliſari9 igit eqtes ſuos ad hęc loca dimiſit:eiſq; pfecit Phaſam gñe iberꝝ pſtãtiſſimũ bello uiꝝ:& Barbationẽ thracẽ.Cuſtodireq; aſſidue aditũ iuſſit:his eqtib9 cũ ad ea loca ueniſſent:caſu quodã obuii fiunt eqtes hoſtiũ:quos Totilas ad tentãdũ oppidũ miſerat:qđ ſupra dixim9 Ioãnis pſidio cuſtodiri.Prœlioq; cõmiſſo Beliſarii equites licet pauciores numero:tñ facile ſuparũt:ac ſupra ducẽtos ex hoſtib9occiderũt. Stantes uero in his locis utpote uictores & ꝓcul ab oculis ſui ducis cõmorãtes:neq; ordinẽ neq; diſciplinã ſeruabãt.Vagãtes ꝓcul a ſignis uigilias negligẽtes:nec exploratores mittere:nec ſpeculatores hr̃e curabãt:nec arcta uallis qua facile arcere hoſtẽ poterãt cuſtodire.Quę poſtq̃ Totilas cognouit cũ tribus eqtũ milib9 pfectus eos nihil ſuſpicantes inuaſit:fauces.n.illas aditusq; prius trãſgreſſus eſt q̃ Beliſarii eqtes uẽturũ ſenſiſſent.Hinc cædes & ꝓfligatio ingẽs fieri cœpta.Phaſas & Barbation erãt pfecti:quoꝝ Phaſas cũ turma ſuoꝝ equitũ Totilæ ſuccurrẽs mirabilia uirtutis opa edidit.Ipſeq; cũ oĩbus ſuis equitibus ad extremũ occubuit:Barbation cũ duobus tantũ comitibus aufugit. Cæteri uel capti uel interfecti ſunt.Fuerũt & qui ſtatim fugam arripiẽtes ad Beliſariũ tantæ cladis nuncii euaderent. Beliſarius amiſſo equitatu cũ ſuſpicaret hoſtes aduerſus ſe eſſe uenturos naues ꝓpere conſcendit:ac magno cũ dolore

ſeſe uentis permittens eadem illa die Meſſanã in Siciliam delatus eſt:quæ diſtat a Crotone milia paſſuũ circiter no/naginta. Totilas uero cum eã pfeciſſet:ac uires hoſtiũ tur/batę eſſent:ruſcianũ oppidũ obſidere cõſtituit. Erant enim in eo oppido trecenti equites a Ioãne collocati:& pedites cẽtũ a Beliſario nup miſſi. Pręterea italoꝝ equites & pedites magno numero:qbus ſi obſiderent́ ſatis mature defuturi cõmeatus uidebant́. Hac igit́ ſpe Totilas oppidũ circũſedit. Per hoc tẽpus milites a Beliſario Romę relicti Cononẽ pręfectũ ſuũ interfecerunt. Irati & indignãtes q̄ ille mercatura frumentaria clãdeſtine inita pretiũ annonæ quotidie auge/ret:iidẽ milites a Iuſtiniano p legatos poſtularunt huius delicti abolitionẽ aſſerentes niſi id cõcedat impator ac ſtipen/dia inſup eis debita ſoluat ſe Romã Totilę eſſe tradituros: quo qdẽ metu oĩa illis ſunt cõceſſa. Obſeſſi uero apud ru/ſcianũ oppidũ cũ defectu annonę premerent́:ſermone cũ Totila habito certi tẽporis inducias paciſcunt́:intra quod tẽpus niſi ueniant ſubſidia oppidũ debere promiſerunt. Ex hoc iã apparatus fiebãt a Ioãne qdẽ ut illis opẽ ferret:a Totila uero ut phiberet. Inter hęc Beliſarius ex Sicilia hidrũ/tũ uenerat:& Valerianũ militeſq; nouos a Iuſtinião miſſos ſuſcepat:itaq; copiaꝝ abunde erat. Nec deerãt naues qbus ad liberãdũ obſidione ſocios ueherentur. Omnibus igit́ pa/ratis ac militibus nauibus impoſitis ruſciã nauigarunt. Obſeſſi uero claſſem cernẽtes:nã oppidũ celſo loco ſitum mare pſpicit:ingenti lætitia exultãtes cõſtituta die deditionẽ fa/cere noluerunt. Nec multo poſt claſſis uẽto diſſipata uariis in locis naues diuiſit. Deinde cũ crotonis portu ſimul cõuei

niſſent:rurſus inde mouentes ruſciā petierunt. Totilas cum appropinquaſſēt naues Gotthos armari fecit:ac eos ꝑ littus cōtra proras nauiū diſpoſuit:haſtis & ſagittis appellere claſſem ꝓhibentes. Quos cū uiderēt græci ac ꝑiculū horrerent cōmorati aliquo tꝑe iuxta littus quaſi mox deſcēſuri:tandē re deſperata cōuerſus retro ꝓris abierūt. Cōſultātibus deinde qd agēdū foret pro obſeſſoꝝ ſalute:placuit ut Ioānes & Valerianus cū equitatu ac cæteris copiis in agrū Picenum proficiſcerent̄:ibiq̧ bellū tumultuoſe inferrent:quo Totilas ſuccurrere ſuis rebus ac obſidionē ſoluere cogeret̄:Beliſarius autē cum claſſe Romā nauigaret ad ſeditionē militarem de qua ſupra diximus cōpeſcendā ac frumētū claſſe cōuehendū. His in cōſilio decretis Ioānes mature iter arripuit per Apuliā & marſos in picentes uadens. Valerianus claſſe deferre maluit. Itaq̧ nauibus delatus Anconæ milites expoſuit:ac ſe cū Ioānis exercitu cōiunxit. Nec ob eā tamē rem Totilas obſidionē diſſoluit. Sed duobus equitū milibus in picentes miſſis:qui aduerſus Ioānis Valerianiq̧ copias tuerent̄ oppida:ipſe cū reliquo exercitu in obſidione ꝑmanſit. Obſeſſi uero cū penitus iā neceſſaria deficerēt:nec ulla ſpes auxilii ſupeſſet:Deoferꝫ italicū & Godilā thracem ad Totilam mittunt ſalutē ac ueniā poſtulātes. Hi præter expectationē ſuam perfacilē Totilā reppererunt uni ſe dūtaxat fœdifragiū imputare dixit. Eiuſq̧ unius pœna fore cōtentū cęteris oībus impunitatē concedere:ſi ſecū militare uelint oīa ſua retenturis:ſin abire malint cū ſingulis ueſtimētis abiturus. Per hunc modū oppidū recepit:& Colaſeꝝ præfectū præſidii qui auctor fuerat oppidi ſecūdū cōuenta nō reddē

di:uerberatũ prius ac mutilatũ interfici iuſſit.Cæteris pro/
miſſa ex fide ſeruauit.Remãſit uero cũ Totila magna pars
militũ quo res ſuas retinerẽt.Alii relictis armis & eqs & re
bus ſuis oĩbus cũ ſingulis ueſtimẽtis Crotonẽ abierunt:op
pidanoꝝ bona in prædã militibus ſuis Totilas cõceſſit:cor
pora tamẽ libera eſſe iuſſit.Per hoc tẽpus Antonina Beliſa/
rii uxor bizantiũ ꝓfecta eſt:quo Theodorã Iuſtiniani uxo
rem rogaret pro Beliſarii ab Italia reuocatiõe.Sed cũ Theo
dorã pauloañ defunctã eſſe repperiſſet:ipſa pro ſe Iuſtinia/
nũ adiens multis precibus cũ illo egit ut maritus ex Italia
reuocaretᷣ.Et impetrauit quidẽ faciliter:præſertim cũ belli
parthici timor ingens adeſſet.Ita Beliſarius ex Italia reuo/
catus quinquẽnio fere poſtq̃ uenerat in grȩciã rediit nõ ea/
dẽ fortunã fretus in hac ultima expeditione:qua fretus fue
rat in prima.Romæ uero abiens tria milia delectoꝝ militũ
in prȩſidio reliquit:ſub ductu & gubernatione Diogenis le
gati uiri prudentis & belloꝝ gnari.Eo abeunte Gotthi Pe/
ruſiã longo tpe obſeſſam ui & armis ceperunt.Totilas expe/
ditis Calabriæ Apuliæq; rebus ad obſidionẽ urbis Romæ
redire cõſtituit.Faciebãt uero ſibi animos Beliſarii receſſus:
&ubiq; p Italiã ꝓſpȩ gotthoꝝ res grȩcoꝝ aduerſȩ.Cõtractis
igitᷣ undiq; copiis cũ ſatis para eẽnt:oĩa Romã ueniẽs urbẽ
obſedit.Erant Romȩ ĩ ꝓ̃ſidio delectoꝝ tria milia militũ cũ
Diogene eoꝝ duce uiro ſingulari:hi uigilãdo &agẽdo & op
portunis locis repugnãdo urbẽ q̃optie tutabãtᷣ.Itaq; ĩ lõgũ
tps ꝓtracta obſidio ẽ:nec ſpes ulla gotthis niſi ĩ fame relicta
Durãte apud urbẽ obſidiõe Virgiliꝰ Põti.Ro.q tũc Bizãtii
erat:cũq; eo ꝑmulti ab Italia ꝓ̃ſtãtes uiri ſũmo ſtudio Iuſti

nianũ ṗcabant᷑:ut Beliſariũ cũ inæſtimabili potẽtia in Itali
liã remitteret ad obſidionẽ urbis Romæ diſſoluẽdã alioqui
res ad manifeſtã tẽdere ruinã oſtẽdebãt. Hæc eadẽ Godin
gus uir cõſularis a po. ro. miſſus orator ṗcabat᷑. Iuſtinianus
autẽ ſibi curæ fore res Italiæ reſpõdebat: cæterũ differendo
ac ꝓcraſtinãdo nihil efficiebat. Tandẽ uero cũ acrius inſe
ſtaret᷑. Liberiũ quendã ex nobilitate Romana Italico bello
ducẽ ꝓnunciauit. Apparatibuſq; faciendis ab initio uehe
mẽs fuit. Mox aliis ſupuenietibus curis intermiſit. Itaq; ir
rita expectatione inter moras & apparatus tempus trãſiit.
Roma interea durius obſidebatur. Gotthi enim expugnata
portuẽſi urbe: ne quid per tyberim ad obſeſſos ĩportari poſſ
ſent effecerãt. Oppida quoq; finitima urbi fere omnia ĩ po
teſtatẽ ſuã redegerãt: ne qua ſubſidia inde Romã deferrẽt᷑.
Sed erat legati & militũ incredibilis diligentia. Iãpridẽ enĩ
hæc præuidẽtes omnia intra urbẽ loca quæ uacua ædificiis
erãt frumẽto cõſeri fecerãt. Ex quo factũ eſt ut deficiẽte ue
tere frumẽto nouũ intra pomeria natũ ſupueniret: per hũc
modũ longo tẽpore obſidionem ꝑtulerũt. Deniq; ſeruaſſent
urbẽ niſi ad extremũ ꝓditio paucoꝶ eos puertiſſet. Ad por
tam enĩ quæ eſt uia hoſtiẽſi qua ad beati Pauli eccleſiã itur
ſtatio erat militũ ĩſaurorũ. Hi poſt longã obſidionẽ q̃ſti in
ter ſe quod multoꝶ ãnoꝶ ſtipẽdiis fraudarent᷑: ſimulq; grã
dia ſperãtes ṗmia clã ad Totilã ꝓfecti tradere ſibi eã portã
cui præſint paciſcunt᷑: tẽpuſq; & modũ ad rẽ patrandã cõ
ſtituũt. Cũ uero nox cõſtituta ꝓditioni aduenit Totilas hæc
machinat᷑. Duabus nauiculis in flumine tyberi dimiſſis tu
bicines ĩponit: iubens ut aduerſũ fluuiũ nauigãte ſub ãbitũ

murorũ penetrẽt. Cũq; ibi fuerint:tũc repẽte clangorẽ tuba rũ q̃terribilẽ emittant. Ipſe uero cũ exercitu ſilentio pfectus nõ lõge ab ea porta de qua diximus cõſedit: omnia ſucceſ-ſere ſecundũ Totilæ optata. Tubicines enim nauiculis ad-uecti cũ ad eũ locũ ueniſſent: terribili ac repẽtino tubarꝝ ſo-nitu Romanos pculſerũt: hoſtes ab ea parte abeſſe putãtes. Et undiq; ad eũ locũ cõcurſum eſt: & q uigilias circa urbẽ obibãt: eo trepidi decurrerunt. Dũq; oẽs cõcurſant: ac cęte-ra negligunt pditores ſoli relicti porta refracta Totilam & Gotthos intra urbẽ receperũt: ſtatimq; cędes fieri cępta eſt Romanoꝝ & militũ: Nec iã de reſiſtendo ſed de fugiendo cogitatũ. Fugiebant uero p diuerſas maxime portas. Dio-genes p̃fectus qm̃ nulla remedia ſnpeſſe uidebat cũ pte mi-litũ Roma egreſſus Centũcellas petere cõtendit. Sed Toti-las hoc fore ſuſpicatus (nã cęteris amiſſis id fere ſolũ relin-quebat oppidũ) inſidias eo itinere collocauerat, in quas in-cidens Diogenes magna pte militũ amiſſa ipſe grauiter uul-neratus uix atq; anxie euaſit. Erat Romę inter cęteros du-ctores Paulus ex Cilicia p̃fectus eqtũ turmę. Is ĩ hac turbu-lentiſſima nocte cũ p urbẽ captã pluribꝰ locis prœlia iniiſ-ſet: tãdẽ ad molẽ Adriani cũ ſuis eqtibꝰ ſe recepit. Orta de-mũ luce p urbẽ redũdãtibus Gotthis cũ & capitoliũ & ęſq-lię ac cętera urbis loca iã capta eẽnt: ad molẽ tñ Adriani ue-hemẽtiſſime pugnabat. Habebat enim Paulus eqtes q̃drin-gentos cũ qbus & molẽ & pontẽ q iuxta eſt egregie defen-debat: pugnaq; in ipſo ponte cõmiſſa multos Gotthoꝝ occi-derat: ac demũ ultra pontẽ ſummouerat. Quę cernẽs Toti-las ſuos a pugna reuocauit. Nullo meoꝝ ſanguine mihi cõ-

Terribilem totilæ

Romani capiuntur

Moles Adriani

ſtet inqt hoꝝ iteritus. Ego uel ſedēs iſtos cōficiā:cū nec ipſi nec equi hēant quo in craſtinū uitam ſuſtentēt. Ita reuoca/tis a pugna ſuis & ſtationib9 militū cōtra pontē moleq́ꝫ po ſitis nullas obſeſſis moleſtias inferri iuſſit. Paulus & equites diē illā totā:& noctē inſecutā abſqꝫ cibo cōmorati poſtridie cōſultabāt qd agēdū ſibi potiſſimū foret. Erāt q equoꝝ car nibus ſuſtētādā obſidionē ſuadebāt:hoc rurſus cōſiliū hor/rorē quēdā inſoliti cibi hr̄e uidebat. Fugę uero ſpem circū fuſa gotthoꝝ agmina pręcipiebāt:reſtabat deditio. Ea uero plena terroris ac dedecoris erat. Itaqꝫ Paulus ſuſcipiēs uer/ba: Vtcunqꝫ inqt nos uertamus cōmilitones extrema nobis adeſſe uidetis. Nā fugæ qdē nulla facultas eſt. circūfuſis ho ſtium copiis:ac nos impigre obſeruātibus. Dedi uero Goti this ſupra turpitudinē uilitatēqꝫ cōſilii cruciatus inſup ex/carnificationeſqꝫ portēdit. Barbaroꝝ enim ſæuitia ſimplici mortis genere cōtenta eſſe nō ſolet. Durare uero in obſidiōe ac cibo equoꝝ paſci eoꝝ forſitan eſſet: qui auxilia ſibi uentura expectarēt. Nobis aūt carētibus ea ſpe nulla ratio ſua dere hanc tolerantiā pōt:niſi uiliſſima detractio mortis ceu pueri formidoloſi dolore cōfici malunt q̄ ferro ſecari. Ego uero dedi hoſtibus & tabeſcere inedia eoꝝ puto qui cor & ſanguinē nō hn̄t. At nobis manu ſtrenuis & ꝑlioꝝ nō inſue tis glorioſa mors eſt cōplectenda. Sic.n.moriamur ut ſan/guine hoſtiū madentes nō inulti cadamus. Nec rideat ho/ſtis nr̄o interitu:ſed fleat:nec iugulū noſtrū ꝑbeam9 hoſti: ſed eius iugulū ferro nr̄o ꝑfringamus. Quid.n. paucoꝝ an noꝝ acceſſio nobis ꝓdeſſet:cū & ſi nūc ſeruati tn̄ paulopoſt ſimus obituri? Gloria extēdere uitā hoibus pōt:natura non

pót. Ite igit̃ mecũ ad glorioſam mortẽ:quã ciues ſimul & hoſtes admirabunt̃:ac laudibus in cœlũ ꝑpetuis ferẽt. His dictis incenſi equites ſeſe morti deuouerũt. Quare cõplexi ſeſe inuicẽ & oſculati certiſſimo moriẽdi ꝓpoſito ad dimicandũ ſe parãt. Erat.n.cõſiliũ in ꝓximã ſtationẽ Gotthoꝝ ruere:factaq; ꝑmagna hoſtiũ cæde interire. Quos cũ uideret Totilas ad extremũ caſum parari:ueritus ne hoĩum deſpatoꝝ conatus maiorẽ q̃ pro numero cladẽ gotthis afferret:caduceatore ad eos miſſo electionẽ ꝑmiſit: Mallẽt ne relictis armis & eqs incolumes abire:an oĩa retinẽtes ſecũ militare æquo iure cũ aliis militib9. Ea cũ audiſſent eqtes læti ſunt:ac primo ſua relinquere:& Bizantiũ abire malebant. Poſtea uero cogitãtes longũ iter & inſidias uiaꝝ elegerũt omnes apud Totilã remanere:ꝑter Paulum eoꝝ ducem & Mindũ Iſaurũ: Hi duo quia natos & uxores domi habebant abire maluerũt:quos Totilas uiatico ac cæteris opportunis liberaliter adiutos Bizãtiũ remiſit. Alios quoq; ex præſidio milites quot ad ædes ſacras confugerãt. Totilas inuiolatos eſſe iuſſit. In urbẽ uero Romã neq; deſæuiuit amplius neq; deſolare illã ut prius fecerat perrexit:ſed ciues tam ex campania oppidis q̃ ex cæteris locis ſtudioſiſſime reuocauit. Ludoſq; equeſtres ac cætera magnificentiæ opera quæ beatis tranquilliſq; ciuitatibus fieri conſuerunt:inſigni apparatu Romæ edidit:quo ciues bonã ſpem ſuſciperent:ac deſiderio urbis allicerentur. Aedes quoq; uel euerſas uel incendio prima illa deſolatione cõflagratas reſtituere ac reparare nixus eſt. Deniq; tantũ frequẽtandi Romam ſtudium oſtendit:quantũ prius oſtenderat deſolandi.

Hanc tantã uarietatẽ mutationẽq; uoluntatis:alii ex uoto
apoſtolis facto ꝓueniſſe credũt:quoꝝ tẽpla euertiſſe uideri
poterat cũ ciuitatẽ euertit. Alii ad utilitatẽ opportũitatẽq;
belli totũ referebãt. Alii poſtulanti nuꝑ Totilæ regi Fran/
coꝝ filiã in matrimoniũ fuiſſe reſpõſum tradũt nõ eſſe To/
tilam Italię regẽ cũ urbẽ Romã euerterit:qua infamia per
motũ ferũt ad urbẽ reparandã animũ cõuertiſſe.Q uacũq;
deniq; cauſa factũ ſit:reſtituere ac reparare urbẽ Romã co
natus eſt.Poſt hęc in Siciliã expeditionẽ parauit.Cuius rei
gratia ꝑmagnã longaꝝ nauiũ claſſem effecit. Addidit etiã
onerarias naues ꝑmultas. Dũq; ea parat Centũcellas quæ
una urbs nõdũ in poteſtatẽ ſuã ꝑuenerat mari terraq; obſi/
dere cõſtituit.Præerat.n.ei urbi Diogenes:quẽ nuꝑ fugiſſe
Roma oñdimus.Collegerat uero manũ ſatis ualidam mili/
tũ.Cum igit᷑ gotthoꝝ exercitus Centũcellas adiiſſet:ac ꝓpe
mœnia eius urbis poſuiſſet caſtra Totilas ad Diogenẽ lega/
tis miſſis:uel pugna decerneret aduerſus Gotthos:uel urbẽ
dederet poſtulauit.Nã expectare a Iuſtiniano auxiliũ neq/
quã eũ debere cũ Romæ tãdiu obſeſſę nũq̃ ſubuenerit:niſi
forte exiſtimet illum Centũcellas pluris facere q̃ Romam.
Ad hęc Diogenes rñdit quidẽ pugna decernẽdũ in p̃ſentia
nõ uideri.Dedere uero urbẽ ſalua exiſtimatione ac fide ſua
uõ poſſe:niſi imꝑatore cõmonefacto:& auxiliis poſtulatis.
Atq; ita cũ iuſta ac honeſta dicere uideret᷑:cõuentio quędã
fit inter Diogenẽ & Totilã:niſi Iuſtinianus imꝑator certior
factus ꝑ ſe uel ꝑ aliũ opẽ tulerit:ad cõſtitutã diẽ Centũcel/
las Diogenẽ eſſe traditũꝝ.Totilã uero interea moleſtias nul
las inferre debere:ꝓ his obſeruãdis obſides dati.Poſt ita cõ/

uenta obſidionē Totilas diſſoluit:& paratis iam oibus quæ paranda fuerūt ad bellū Siciliæ cōuerſus eſt. Et naues qdē ad fretū Siculū præſto ibi fore mādauit. Ipſe uero pedeſtri itinere rhegiū uſq; ꝓfectus eā urbē expugnare adortus eſt. Præerant urbi Teremundus & Imereus a Beliſario dudum ibi collocati. Hi ſæpius expugnare conatos multis uulneribus Gottbos reppulerunt. Quā ob rē deſperans Totilas ui poſſe urbē ꝑuincere lenta obſidione ad famē redigere inſtituit. Itaq; manu quadā Gotthoꝝ ibi relicta cæterā multitudinē claſſe ad expugnandū tarentū duxit:ac faciliter eā urbem cæpit. Trāſgreſſus deinde in Siciliā cū minora q̄dam oppida uel ui uel pactione in ptātē ſuā redegiſſet:tandē ſyracuſas mari terraq; obſedit. Per idē tēpus Gotthi quos in picētes aduerſus Ioānē & Valerianū miſſos oñdimus magnis ſupplemētis acceptis ac ſupiores bello facti Ariminū cepe. Nec ꝓcul Rauēna cōſerto alio prœlio ueꝝ eruloꝝ ducem cū omnibus copiis interfecerunt:Et q apud urbē rhegiū obſidebanť. Teremūdus & Imereus deficiente cōmeatu ſeſe ac oppidū Gotthis tradiderunt. Hæc ſimul oia ſub unū tempus Iuſtiniano nūciata cū &rhegiū & Tarentū & Ariminū capta & tranſitū in Siciliā Totilæ audiſſet:Attonitus tot reꝝ motibus Germanū patruelē ſuū Italico belloq; Gotthico ducē ꝓnūciauit:magnoſq; ſubinde apparatꝰ fieri iuſſit. Huius rei fama cū in Italiā delata eſſet hoſtes cōteruit:& amicos in ſpē maximā erexit. Erat enim Germanus uir alti animi nec minoris cōſilii liberalitate egregia ac ſumma apud populos militeſq; grā. Et accidebat his ꝙ Mathaſutā Theoderici neptē poſt mortē Vitigidis uxorē acce

perat. Quæ quidẽ res fauorẽ Gotthoꝝ ſibi plurimũ cõcilia
rat. Itaq; ſtatim fama ingens maximaq; expectatio eius per
Italiã erat. Cũ eſſet iã in Illyrico Germanus: ſclauinoꝝ gens
tranſmiſſo Danubio Romani impii ꝓuincias inuaſit: gen9
hominũ crudele atq; immane: q cũ ſe in Macedoniã Thra/
ciãq; cõuertiſſent: tm̃ Iuſtiniano metũ intulerũt: ut Germa/
nũ iter in Italiã cœptũ intermittere iuberet. Ea mora inter/
ueniente: Gotthi ꝑ Italiã & Siciliã ꝑuadẽdi oĩa tẽpus facul
tatẽq; plurimã habuere. Inter hæc dies cõſtituta aduenit: q̃
Diogenes Centũcellas tradere ꝓmiſerat. Et Totilas ad eum
mittens urbẽ popoſcit. Diogenes uero Germanũ ducẽ noui
ter pręfectũ Italiæ bello allegabat. Ob id mutatã cõditio/
nẽ reꝝ: nec poſſe ſe urbẽ tradere aſſerebat: cũ ipſe Germa/
nus rei dñs in itinere exiſtat: ac ꝓpediẽ ſit in Italia futurus.
Totilas in Sicilia Syracuſas obſidebat: exercituſq; Gottho/
rũ nullo repugnãte per uniuerſam Siciliã diſcurrẽs omnia
prædabat̃. In Italia uero Rauẽna & Anchon & Hidruntũ
& Centũcellæ cũ aliis quibuſdã oppidis durabãt in ꝑtibus.
Cætera oĩa Gotthi poſſidebãt: una modo ſpes hoĩes ſuſtẽta/
bat Germani aduẽtus quæ & ipſa defecit. Nã cũ uehemen/
ter in Italia expectaret̃ morbo correptus magno cũ dolore
ſuoꝝ in illyrico diẽ obiit. Habebat Germanus filios duos:
quos ſecũ in Italiã ducebat. Eos ĩpator proſeq paternũ Ita/
liæ cœptũ mãdauit una cũ Ioãne Vitaliani noto iã ꝑ Italiã
duce ipſoꝝ affine. Nã Ioãnes filiã Germani uxorẽ habebat.
Itaq; Ioãnes ac Germani filii exercitũ ducentes ſalonas ꝑue
nerunt. Et quoniã hiems erat hibernare illic cõſtituerũt: pri
mo ſtatim uere Rauẽnã traiecturi. Per hæc ipſa fere tẽpora

Liberius a Iuſtiniano cũ claſſe in Siciliã miſſus Syracuſas ingreſſus eſt. Gotthis ſtationẽ in portu habebãt: ꝓhibere in greſſum nequaq̃ ualentibus. Sed mox ueritus rerꝫ neceſſa/ riaꝫ defectũ quẽ ſuoꝫ multitudo in urbe obſeſſa breui tpe inductura uidebat̃ abire cõſtituit. Itaqꝫ paucis poſt diebus cũ eadẽ clade Syracuſis abiens panormũ nauigauit. Inter hæc Iuſtinianus mutato rurſus ꝓpoſito Narſetẽ eunuchũ Italico bello ducẽ pręfecit: illiqꝫ pecunias & exercitũ large ꝓmiſit. Et Ioãni ſcripſit ne ĩ Italiã traiiceret: ſed ſalonis ma nens aduentũ Narſetis pręſtolaret̃. Narſes igitur ſuſcepto impigre negocio magnas undiqꝫ copias parare inſtituit: In quibus cõparandis gratia eius ac potentia plurimũ adiuua bat. Erat enim arcanoꝫ ĩpatoris omniũ cõſcius ac mode/ rator: permagnaſqꝫ amicitias & clientelas cũ regibus ꝓceri buſqꝫ barbarorum habebat. Apparatibus factis & copiis in illyrico ſibi adeſſe iuſſis cũ ipſe ingreſſus iter Philippolim quæ eſt in Thracia iam ꝑueniſſet: cõſiſtendi ac morandi in ea urbe neceſſitas incubuit. Hunni ſiquidẽ magno exercitu Macedoniã Thraciãqꝫ ingreſſi cuncta populabant̃: ac uias pręcluſerant. Tandẽ uero cũ pars Hunnoꝫ una Theſſaloni cam: altera Bizantiũ petiiſſet: ꝓfectus inde Narſes iter ſuũ proſecutus eſt. Iam Totilas cognito apparatu hoſtiũ in Ita/ liam redierat. Sicilienſi autẽ bello quattuor ex ducibus ſuis præfectos reliquerat. Ipſe quæ opportuna uidebant̃ p Ita/ liam prouidebat: ut uero & ipſe potẽtiã ſuam aduerſus grę cos oſtaret: ac uice uerſa eos ĩuaderet: claſſem magno nauiũ longaꝫ numero ĩ græciã miſit: iubẽs ut q̃maxĩo fieri poſſet tumultu cũcta popularẽt̃. Ea claſſis Corcyrã prĩo ac ꝓxĩas

inſulas diripuit. Mox in continentẽ tranſgreſſa per Cyprũ & Acarnaniã & Aetoliã cũcta incẽdiis rapiniſq; fœdauit. Mareq; obſeruãs multa græcoꝝ nauigia quę in Italiã Illyri cũq; nauigabãt excepit: totũq; mare infeſtũ & inutile naui gantibus reddidit. Dum hæc ꝑ Græciã a Gotthis gerunt: Totilas nouo exercitu in picentes miſſo: anconẽ terra ma/ riq; obſideri mandauit: Duces uero ꝓfecit huic expeditioni tres: Scipuarẽ & Vdilã & Gotthidilũ: qbus etiã claſſem at/ tribuit nauiũ longaꝝ quadragintaſeptẽ. Obſeſſa igit anco ne ac terra mariq; oppugnata maximo in ꝑiculo ea ciuitas uerſabat: q̃ ob rẽ Valerianus qui Rauẽnæ præerat quoniã per ſeipſum ſuccurrere obſeſſis deſꝑabat poſſe Ioannẽ Vi/ taliani qui ſalonis erat: ꝑ litteras hortatus eſt ad opẽ ſimul obſeſſis ferendã: Ioannes uero & ſi mandatũ ſibi a Iuſtinia/ no fuerat ante Narſetis aduẽtũ in Italiã ne traiiceret: tamẽ in tanto ſocioꝝ periculo minime ſibi quieſcendũ ratus mi/ lites e toto exercitu delectos nauib9 decẽ & octo impoſuit: ꝓfectuſq; ſalonis Rauennã uerſus nauigauit. Ei nauiganti obuiã ꝓceſſit Valerianus cũ. XII. longis nauibus q̃optime ad pugnã ſtructis. Collocutis inter ſe duces & quæ optima factu uidebant cõmuni cõſilio decretis tota ſimul claſſe ad hoſtẽ nauigarũt. Cũq; anconitanæ urbi appropinquaſſent: littori applicuerũt ĩ loco quẽ duaſſum incolę uocãt. Q uod poſtq̃ ſenſerũt Gotthoꝝ duces & ipſi ſe ad pugnã cõparan/ tes delectis militib9 naues ſuas cõpleuerũt. Cũq; ſatis ſtru/ cti paratiq; eſſent ꝓgreſſi aliquãto aduerſus hoſtes ſeſe pu/ gnæ opulerũt. Erãt Gotthoꝝ naues quadragintaſeptẽ: Grę coꝝ aũt triginta. Duces uero claſſis Græcoꝝ Ioãnes & Va/

lerianus.Gotthoꝝ autẽ Vlidas & Gotthildus. Nã Scipuar cũ reliquis copiis ad tuẽda caſtra remanſerat.Hortati igiť utriq; ſuos:& ad ſpẽ uictoriæ militari oratione animis militũ incenſis ex cõpoſito conflixerãt.Statimq; initio pugna fuit acerrima:obuiã cõcurrentib9 proris & omni nixu ſeſe mutuo ꝑuadẽtibus:magniſq; utrinq; animis res gerebatur. Nec quiſq̃ erat in tãto numero ſegnis:Sed & ſagittis & cõtis & gladiis tãq̃ in pedeſtri pugna certabãt.Procedẽte uero certamine Gotthoꝝ claſſis deteriori loco eſſe cœpit. Pugnatores enĩ q̃uis egregii tamẽ reꝝ maritimaꝝ experientiã nõ habẽtes ſe ipſos conturbabãt. Naues quibuſdã locis ſimul plures cõglobatæ ſeſe mutuo impediebãt.Aliæ hoc ipſum uitantes ſepatæ ſuoꝝ tutela circũueniebanť ab hoſtibus:Græcos uero ſcientia ac diſciplina reꝝ naualiũ plurimũ adiuuabat.Seruati ordines nulla cõglobatio:nulla extra tutelã ſuoꝝ ſepatio conſpiciebať. Itaq; ut par fuit:tãdẽ ſupiores pugna Græci fuere.Sũmerſę aliquot Gotthoꝝ naues cũ ipſis pugnatoribus & nautis perierũt.Multæ expugnatæ incredibili cæde capiunť.Quod cũ uiderẽt Gotthi fugã demũ arripuerũt.Decẽ tantũmõ Gotthoꝝ naues integræ refugerũt ad littus.Cœterę uel captę uel ſũmerſę ſunt. Viroꝝ aũt & in ꝑlio & in fuga plurima ſtrages fuit. Qui ad terrã refugerãt Gotthi crematis cõfeſtim nauib9 ne illis potireť hoſtis in caſtra redierũt.Ibi trepidãtibus cũctis placuit obſidionẽ diſſoluere:Ita ꝑpe deſertis caſtris auximũ ſe recepunt.Ioãnes & Valerianus cũ uictrice claſſe ſũma lætitia & incredibili anconitanoꝝ gaudio portũ ingreſſi hoſtiũ caſtra inuadere ꝓpabãt.Sed deſerta repiẽtes oẽm cõmeatũ

qui illic erat ĩ urbẽ deferri fecerũt.Ipſi aũt paucis poſt die/
bus abeũtes Valerianus rauẽnã:Ioãnes ſalonas reuerſi ſunt.
Hęc pugna uehemẽter fregit gotthoꝝ aĩos & q̃ſi initiũ fuit
eoꝝ ruinę.Totilas.n.hac pcuſſus plaga magnã copiaꝝ ptẽ
ex ſicilia reuocauit.Itaq; Artauanes Iuſtiniani dux q Libe/
rio ſucceſſerat:claſſemq; ab eo ſuſcepat potẽtior p ſiciliã fa
ctus nõ ſolũ liberauit obſidiõe ſocios:ueꝝ etiã gotthos plu/
rib9 locis p oppida obſedit.Nec multo poſt crotoniatas lõ
ga obſidiõe gotthoꝝ laborãtes claſſis gręcoꝝ inſpato ſupue
niens liberauit:ac hoſtes multa cæde pfregit.Fugiẽtiũ got/
thoꝝ pars tarentũ petiit:ps ſcyllæũ in mõtẽ ſe pximũ rece
pit:q̃ quidẽ res ſupiori cladi adiuncta multo magis pfregit
gotthoꝝ aĩos:pſertim cũ de aduẽtu Narſetis in Italiã:deq;
eius apparatib9 multa crebri rumores circũferrẽt:ac defe/
ctiones q̃dã iã tũc fieri cœptæ ſunt aduerſus Totilã.Regna
ris qdẽ uir ĩter gotthos clarus q tarento pẽrat & Morras q
acheruſię cũ oppidis q̃ cuſtodiebãt & cũ militib9 qui erãt
in pſidiis ad Iuſtiniani ptes trãſiuerũt:Et motus qdã in ſar
dinia aduerſus gotthos fieri nũciabat᷑.Cũ hæc eſſet cõditio
reꝝ p Italiã Narſes coactis p hiemẽ copiis ad iter ſe cõpa/
rauit.Habebat uero exercitũ tm̃ q̃tũ uix alii ſimul oẽs du/
ces in Italiã hoc bello adduxerãt.Pecuniis.n.abũde a Iuſti/
niano cõceſſis ipſe etiã in erogãdo & largiendo magnificus
nõ ſolũ ex thracia & græcia ueꝝ ẽt ex aliis locis copias in/
gentes cõtraxerat.Nã & lõgobardoꝝ ſupra qnq; milia pu/
gnaciſſimoꝝ hoĩum Albuino rege cõcedẽte ſuſcepat:& eru
loꝝ tria milia ad eum uenerãt:Hũnoꝝ quoq; multitudo in
gens cõfluxerat:præterea cumades Perſa Romanæ militiæ

aſſuctus cum nõ contẽnenda Perſaꝝ manu ad eũ uenerat. Et Aſſuades pugnaciſſimus adoleſcẽs cũ quingẽtis bellatoribus Gepidaꝝ gentis. Et Ioannes cognomento Phagas cũ Græcoꝝ Thracũq; exercitu: pterea Ioannes Vitaliani ſuum ac filioꝝ Germani exercitũ illi coniunxerat. Has igitur copias habẽs Narſes ut primũ aduentare uer cœpit: ea Illyrico p Dalmatiã & Liburniã circuito maris ſinu pedeſtri itinere in Italiã tranſiit: primoq; ingreſſu in Venetis conſtitit. Duæ erãt uiæ qbus ex Venetis ꝓficiſci cõmode ualeret una ſecus adriaticũ mare: altera p mediterraneã regionẽ: utraq; difficultates plurimas hr̃e uidebatur. Nã ſecus mare atheſis ſtagna facit: quæ pluribus foſſis in mare egerunt̃. Et padus in plura ut ita dixerim flumina diuiſus multis ĩ locis interrũpit iter: locaq; pleraq; ſunt impedita ac paluſtria: ut ſine maxĩa difficultate exercitus traduci nõ poſſint: & mediterranea regiõe Teias uir gotth9 cũ magnis copiis a Totila Veronã miſſus trãſitũ atheſis padiq; ꝓcluſerat. Hæc.n. duo flumina ex alpibus quę Italiã a Gallia & Germania ſepant diſcurrẽtia in mare adriaticũ deferunt̃. Itaq; ex Venetis ꝓficiſcenti neceſſe eſt ea tranſire uel iuxta maris littus: ubi ſtagna ſunt & paludes pluribus foſſis mari egeſta: & padi ora inter Rauẽnã & foſſas clodias plura interrũpũt: uel a mediterranea regiõe ubi eadẽ illa flumina magna & ĩtegra ſunt tranſmittẽda: & ſiquis repugnet faciliter ꝓhiberi tranſitus poſſit. Cum igitur Veronæ quæ ciuitas eſt ſup atheſi fluuio eſſet Teias: haberetq; copias ad ꝓhibendũ ſufficientes. Narſes omiſſo mediterraneo itinere uiam per littus adriatici maris elegit: quoniã illa hoſtibus carebat & erat alio-

quin breuior. Præfectus ergo p̃ clodianas foſſas & Adriati/
cũ agrũ pontibus enauibus ubicũq; flumina & aquę inter/
rumpebãt factis Rauẽnã cũ omnibus copiis tandẽ p̃uenit.
Ibi Valerianus & Iuſtinus duces cũ ſuis inſup̃ copiis Nar/
ſeti cõiungunt̃. Erant uero p̃ Italiã ueterani milites p̃multi
q̃bus ſtipendia longi t̃pis debebant̃: & ob hoc infenſis mẽ/
tibus expeditiones obibãt: his omnibus Narſes ſtipẽdia p̃/
ſoluit: animoſq; illoꝝ ſanauit atq; erexit. His cõficiendis ac
recreãdo exercitu nouẽ diebus Rauennæ cõmoratus demũ
inde mouens Romã petere cõtendit. Vſdrilas p̃ id tempus
Arimino præerat uir inter Gotthos bello inſignis. Is cũ in
agrũ Ariminenſem p̃ueniſſent prima Narſetis agmina: trã
ſitũ eoꝝ impedire conabat̃. Amnis qui p̃terfluit Arimi/
nũ imbribus creuerat. Pons uero ſup̃ eo amne ita ſub ipſo
oppido cõſiſtit ut faciliter impediat̃. Egreſſus igit̃ Arimi/
no Vſdrilas cũ ex ulteriori ripa repugnaret: nõ multi tamẽ
iam flumẽ trãſiſſent: pugna nõ longe a mœnibus oppidi cõ
mittit̃. In qua eruloꝝ quidã eques cõminus pugnãs Vſdri/
lam occidit: militeſq; eius morte ducis cõteriti in oppidum
trepidi refugerũt. Caput Vſdrilę ad Narſetẽ relatũ eſt. Nar
ſes uero lętatus augurio: quod primo ingreſſu princeps ad/
uerſarius a ſuis interfectus eſſet: ſpe bona plenus iter confi/
ciebat. Licet enim Arimini capiẽdi certiſſima facultas ad/
eſſet: tamẽ circa id cõmorari noluit ne tãtas copias in obſi/
dione unius oppidi diſtineret. Itaq; Ariminum p̃tergreſſus
iter ſuũ p̃ſecutus eſt. Totilas uero cognitis his quę in Vene
tis geſta fuerunt: & trãſitu aduentuq; Narſetis ad urbẽ Ra
uẽnã intellecto: q̃q̃ copię ſuę fere oẽs apud Teiã erãt: tamẽ

ipe cũ Narſete manum cõſerere ſtatuit:ſed cõmiſſa pugna ab hoſtibus interfectus eſt.Gotthi quicũq; ex prœlio auſu/gerũt padũ amnẽ trãſgreſſi papię & circa ea loca cõſtitere. Ibi cũ de nouo gentis duce cogitarẽt:Teias omniũ iudicio prelatus rex Gotthoꝝ deligiẽ:factus per hunc modum rex theſauros quos Totilas papię cõgeſſerat ilico ſuſcepit:ac rei parař uires:exercitũ cogere:arma tribuere:equos largiri:& omnia impigre obire nõ deſtitit:Ad francos etiam mittere: eoſq; pellicere in ſocietatẽ belli.Hæc audiẽs Narſes Valeri/anũ cum ſuis copiis circa padũ quaſi in cuſtodiã eſſe iuſſit ne metu dẽpto gotthi licẽtius uagarenẽ.Ipſe uero cum reli quo omniũ exercitu Romã petiit.In itinere narniã ultro ſe dedentẽ ſuſcepit:ſpoletinis milites cõceſſit qui ꝓſidio ſibi fo rẽt donec eoꝝ mœnia dudũ a gotthis euerſa reficerenẽ.Mi ſit quoq; peruſiã qui deditionẽ poſtularẽt.Erãt peruſiæ duo ꝓfecti militũ: Meligedius & Vlithus.Hi diſcordes inter ſe plurimũ differebant.Meligedius eni dedere urbẽ cupiebat: Vlithus uero cõſcius ꝓditionis & cædis:quam dudum Cy/priani effecerat repugnabat pœnam meritam reformidãs. Ita ſeditiõe orta Vlithus interficitur:Peruſiaq; a Meligedio Narſeti traditur. Narſes poſt hæc Romam profectus ur/bem obſedit.Conditio uero urbis Romę per ea quidem tẽ/pora hæc erat.Ciues ſuperioribus calamitatibus afflicti nõ admodum multi in urbe uerſabãẽ. Solitudo nõnullas uias totas habebat:ædificia pluribꝰ in locis collapſa:aut crema/ta cernebanẽ.Neq; enim Totilas reparationi ſuffecerat:prę ſertim ciuibus exinanitis ac maxima ex parte deletis.Itaq; gotthi magnitudinẽ urbis tueri poſſe diffiſi locũ delegerãt

non magnũ iuxta ſepulcꝝ Adriani:quẽ egregie uallo foſſa
ꝗ munitũ ad cætera mœnia coniunxerant.Cõgeſtiſq; in eũ
locũ rebus ſuis illo ꝓ arce ac pſidio utebant̃.Nec tamẽ cu
ſtodiã urbis deſeruerũt:ſed eã quantum poterant tuebant̃.
Narſes igitur cũ expuguare urbẽ ſtatuiſſet pluribus ſimul
locis mœnia aggreſſus eſt.Cõcurrẽtes uero ad ea loca Got/
thi de mœnibus repugnabãt.Dũ iſta fiunt ac gerunt̃ mili/
tes quidẽ Narſetis remotiora petẽtes loca cum ibi ſolitudo
eſſet ſcalis mœnia cõſcenderũt.Inde clamor factus captam
urbẽ oſtendit:Gotthiq; omiſſa defenſione alii portuẽſem ut
bẽ fuga petierunt:alii ad ſepulcrũ Adriani in arcẽ ſe rece/
perunt.Per hunc modũ Narſes Roma potitus eſt:Arcẽ ue
ro tunc obſeſſam haud multo poſt tẽpore pactione recepit.
Erant in cãpania nõnulli patricii generis:quos propter ma
iorũ auctoritatẽ & gratiã Totilas in urbẽ redire nõ paſſus
fuerat:Alii præterea ex ordine ſenatorio quos ut ĩnſpectos
Gotthi eo miſerãt.Hos omnes cũ filiis & agnatis eoꝝ Got
thi interfecerũt:trecentos ĩſuper adoleſcẽtes Romanos To/
tilas quaſi milites delegerat:re uera autẽ obſides abduxerat
& tranſpadũ in expeditionẽ miſerat:qui omnes poſtq̃ Ro/
ma in poteſtatẽ Narſetis deuenit a Gotthis interfecti ſunt.
Per id tẽpus Regnaris qui tarẽto præerat cum Teiã factũ
regem frãcoſq; in ſocietatem uenturos audiſſet:pœnitentia
ductus quod ad partes Iuſtiniani trãſiſſet:ad Gotthos redi
re ſtatuit.Vt uero obſides reciperet ſuos hæc machinat̃ ad
Macurium præfectum hidrũti mittit:& auxiliũ poſcit ad/
uerſus Gotthoꝝ copias quas contra ſe uenturas cognouiſſe
ſimulauit:Macurius aũt nihil fraudis ſuſpicatus quinqua/

ginta milites ad eũ Tarentũ miſit:quos Regnaris ſtatim in carcerẽ cõiecit:& Macurio ſcripſit ſi milites ſuos uelit obſi/des eius quos penes ſe habebat reddat. Hæc audiẽs Macu/rius cõturbatus eſt:pauciſq; milití b9 in pſidio hydrũti reli/ctis ipſe cũ cæteris copiis aduerſus Regnaridẽ pfectus eſt: Regnaris uero nihil moratus milites quos accepat omnes occidit:egreſſuſq; tareuto aduerſus Macuriũ plio cõmiſſo ſuperat multiſq; ſuoꝝ amiſſis in fugã cõmittit:q cũ tarẽtũ redire neqret:oĩbus uiis præcluſis acheruſiã ſe recepit. Nar/ſes inter hæc portũ miſſis eo copiis obſedit:ac tãdem rece/pit. Poſt hæc centũcellas eodẽ modo aggreſſus in poteſtatẽ ſuã reduxit. Teias uero frãcoꝝ gentẽ ſolicitare:ac in ſocieta tẽ aſciſcere nõ ceſſabat. Et modo pecunias modo paticipa/tionẽ dominationis per Italiã polliceri:ſed frãci iãpridẽ cõ/ſtituerãt ſe huiuſmodi bello non immiſcere. Itaq; Gotthorũ ſpes in irritũ ceciderũt. Totilas dũ uiueret pecunias regias partim papiæ cõgregauerat:partẽ etiam non paruã cumaꝝ in arce ſepoſuerat:eiq; arci fratrẽ ſuũ præfecerat. Id cũ in/tellexiſſet Narſes partẽ exercitus miſit ad obſidendum cu/mas:ipſe uero cõſiſtens reparare urbem ac frequẽtare cona batur. Ne uero Gotthi qui erant trãs padum ſuccurrere uel cumis uel aliis locis poſſent:Ioãnem Vitaliani & Filimun/tem cũ eorũ copiis in hetturia cõmorari iuſſit:qui conatus hoſtiũ primi exciperent & retunderent. At enim Teias ubi ſenſit cumas obſideri:ferre opem conſtituit his qui obſide/bantur. Profectuſq; ex oppido Papia magnis tranſuerſiſq; itineribus ad littus ſuperi maris duxit:inde per picentes & marſos in campaniam peruenit. Q uod poſtquam Narſes

intellexit Ioannē cū exercitu ex hetruria reuocauit.Ipſe uei
ro Narſes cū his aliiſq; copiis ꝓfectus certiſſimo cōfligendi
ꝓpoſito cāpaniā petiit.Veſuuius eſt cāpanię mons ꝑ cuius
uerticē caligo & flāma qnq; euomit᷑:in radicibus uero eius
montis fontes ſunt dulcium aquaꝝ:fluuiuſq; ab his fit:qui
Dracon appellat᷑:fert᷑ aūt nō ꝓcul nuceria urbe:habet aūt
is fluminis latitudinē exiguā:profunditatē uero ita magnā
ut neq; pediti neq; equiti ſit tranſmeabilis. Circa eū fluuiū
ambo exercitus cōſtiterūt caſtra habētes:Narſes quidē ci-
tra flumē:Teias uero ultra. Medius iter utraq; caſtra fluēs
amnis decurrebat.Pontē qui unicus iungebat ripas Gotthi
occuparāt.Itaq; in eoꝝ poteſtate erat pugnā uel detractare
uel inire:Duobus menſibus in his locis exercitus cōmorati
ſunt.Cum interim cupienti Narſeti & ſuis cōferēdi manus
nulla facultas eſſet tantū ad ripas utriq; uenientes ſagittis
& telis ſe plurimū feriebāt.Cōmiſſa ſunt etiā ꝑ id tp̄s mul-
ta ſingularia certamina ex ꝓuocatione hincinde facta:trāſ-
greſſiq; pontē gotthoꝝ milites cū Narſetis militibus ſingu
lari certamine depugnabāt.Mare ſatis erat ꝓpinquū:claſ-
ſemq; in mari habebāt gotthi:quæ frumentū cæterūq; cō-
meatū in littore exponebat:Inde in caſtra deferebat᷑. Sed
poſtq̄ gotthoꝝ claſſis ꝓditione amiſſa eſt:nec amplius mari
cōmeatus facultas haberi poterat:eo defectu cōpulſos got-
thos neceſſitas compulit caſtra mouere.Itaq; deſerto ponte
& circa amnē loco in proximū inde montē quem lacteum
incolæ uocant abierūt.hos ſecutus Narſes cū eos inuadere
ꝓpter aſperitatē montis nequiret circa radices eius montis
conſedit. Gotthi autē cum nihilominus in eo loco penuria

reꝶ premerētur:ſtatuerūt prœlio decernere. Structaq; de ſu
piori loco acie hoſtes nihil tale ſuſpicātes repēte adorti ſunt
Hic nec ſtruendi aciē neq; milites alloquendi:ſpaciū cōcur-
ſum eſt ab hōinibus ut ſors tulit. Et quia gotthi relictis eq̄s
pedeſtri acie pugnabant:Narſetis quoq; pedeſtres occurre-
rūt. Atrox pugna & ubiq; creētiſſima fuit. Gotthi enim de-
ſperatione obſtinate certabāt:Narſetis uero milites cōſcien-
tia multitudinis cedere erubeſcebāt:p̄ſertim cū eos per ſup-
iores dies deſerere prima caſtra cōpuliſſent cū in montē re-
fugos pene obſediſſent. His rationibus utriq; incenſi forti-
ter dimicabāt. Non p̄teribo in hac pugna inſigne Teiæ re-
gis Gotthorū factū. Ille enī heroica quadā fortitudine p̄di-
tus inter primos pugnatores eſſe uoluit. Erat autem ſagulo
armiſq; egregie cōſpicuus. Siniſtra ſcutū dextra pilū quati
ebat. Aduerſus hūc cōgreſſi plures ab eo īterfecti ceciderūt
Itaq; in eum tela undequaq; uolitabāt. Ille mirabilia fortitu
dinis opera edebat uigore animi ac robore corporis incredi
bili. Cū tandē in ſcuto eius p̄multa pila infixa cohæſiſſent:
atq; ob hoc uerſare ſcutū impediretur ſtans ad hoſtē cōuer-
ſus aliud ſibi ſcutū afferri clamitauit nominatī uocās armi
geꝶ ſuū a quo ſcutū afferri iubebat:Id ubi allatū eſt priorē
dimiſſo ſcuto nouū aſſumpſit. In hac mutatiōe ſcuti letali-
ter uulneratus a uolitāte telo cū multū ſanguinis effunderēt
nihilominus fortiſſime pugnās nūquā pedē rettulit:nunquā
frontē ad ſuos deflexit:ſed in hoſtē cōuerſus continue dimi
cans ad extremum in faciē corruit. Erat fere ſexta diei hora
cum Teias occubuit. Gotthi tamē ob regis mortem nequa-
quā deteriti uſq; ad noctem pugnauerunt nunquā pedē re-

ferētes. Factis deniq; tenebris pugna ceſſauit:cū prio ſolis ortu cœpta fuiſſet.Ea nocte utriq; armati ſteterūt:utq; dies apparuit rurſus in pugnam reditū eſt:& uſq; ad ſolis occa ſum cum magna ſtrage utriuſq; partis dimicatum.Tandē uero Gotthi ad Narſetē oratoribus miſſis uelle ſe Italia exi cedere optulerūt ſi incolumes abire aſportareq; ſua permit tantur.Sin hæc ſibi non permittat Narſes quā diu uiuāt tā diu pugnare non deſituros eſſe.Quæ cū intellexit Narſes ī conſilio re diſcuſſa illis permittere decreuit:ne aduerſus de/ ſperatos homines magno ſuoꝝ detrimēto uictoriā adipiſca tur.Inter hæc ad mille equites ex Gotthorū caſtris aufuge/ rant:magniſq; itineribus papiā & alia trās padū oppida pe tierūt.Reliqui autem fœdere cū Narſete icto ſua priuatim aſportantes Italia excedere:ac nūq̄ aduerſus Romanū Im/ periū bellū gerere ꝑmiſerunt:libertate tamē retēta ſine ullà Romani Imperii ſubiectione.Quo facto cumas ac cætera quæ ſupererant oppida Narſes recepit.Finiſq; fuit anni de cimioctaui huius belli.

LEONARDI ARETINI DE BELLO ITALICO AD VERSVS GOTTHOS LIBER QVARTVS ET VLTIMVS FOELICITER FINIT.

Impreſſum Venetiis per Bernardinum Venetum de Vitali bus Anno domini.M.CCCCC.III. Die decimo octauo Menſis Ianuarii.

Cum Priuilegio.

F B 290. 3

IESVS MARIA.

DICTYS CRETENSIS DE HISTORIA BELLI TROIANI ET DARSES PRISCVS DE EADEM TROIANA.

FRANCISCVS FARAGONIVS MAGNIFIco uiro Bernardo Rictio Meſſanenſi patritio oratori atq; poetæ eruditiſſ.mo. S.D.

d ICTYN Cretenſem grauē hiſtoricū (qui apud Troiam ſub Idomeneo Cretenſium rege militauit) ex Gnoſo Cretæ oppido grecum hominē a Septimio uiro romāo o'im latina ueſte mutatum iuſſu tuo bibliopolæ imprimendum exhibui Bernarde uir p̄ſtātiſſime: Tum pro iure quo tibi omnes litterati maxime debent: qppe qui ob ſingulares uirtutes tuas de eruditis eruditiſſimus optime mereris: Tu3 qa ſolus prope es: qui uniuerſas diſperſæ uetuſtatis reliquias ſedulus ꝑquirere & admirari nō deſinis: Interq; multiplices reipublicæ curaſ non intermittis litterarū ſtudia. Proinde hiſtoricis poetis: oratoribuſq; lectitandis ſucciſiuas horas impēdis: Vt non temere inter primos cuiuſcunq; ætatis poetas oratoreſq; cōnumerari poſſis. Eſt tibi præterea in colloquiis affabilitas prudentia atq; humanitas: Virtutum es fœcundus: inimicus uitiorum acerrimus: amicis iucundus ciuibus charus: apud omnes es deniq; amabilis. Et quod difficilius eſt in Crœſo uiuis Numam. Es tu quoq; unicum totius nobilitatis exemplar: & Rictiorum antiquiſſimæ: atque generoſiſſimæ familiæ fulgentiſſimum decus. Sed de his plura alias: Accipies interim læta fronte: ac hilari uultu libellum: quem ſi a Reipublicæ muneribus (quibus iugiter diſtineris) feriatus perlegeris: mirum ſcriptoris acumen: argutamque denſitatem deprendes. Eſt enim rerum frequentia creber uerbis p̄ſſus ſermo ſententiaꝝ numero ac

contionibus argutus:quē ſi tibi cōtubernalem reddideris iucūda te hiſtoriæ ueritate recreabit: ſcripſit.n. ea q̄ uidit: qbus interfuit:quæ geſſit:idem mirifice rei militaris diſciplina:aliarumq; rerum multiplici uarietate oblectare te poterit. Nā ſi aſtutiam in bello quæris habes Vlyxem: Si pſtā tiam fortitudinemq; deſideras:intuere Achillē: Si cōtionādi grauitatem poptas: Neſtorem p̄oculis pone. Nōne deniq; ueſtigia ac mores illius antiquiſſimi ſæculi pernoſcere & omiſſis poeticis fabulis hiſtoriæ ueritate imbui atq; reſici iucūdiſſimū erit? At illud nimirum in hoc libello anxiū me: ſollicitūq; detinuit:q pluribus locis adeo mēdoſus erat: ut uix ſēſus ullus elici poſſit. Ego uero p uirili pte collatis multis exēplaribus & archetypis emaculatiſſimū reddere niſuſ ſum. At hoc nulli pfecto mirum uideri debet:quū Cōſtātinus laſcaris uir utraq; lingua pitiſſimus mihi aſſeruerit: ſnpiorū tēporum incuria Dictyn apud græcos:ne qdē inueniri: retulit tñ hæc paucula ex Suida aſſerēte Dictyn cretēſem gnoſium hiſtoricū belli troiāi ephimeriē.i.diurnalē lr̄is punicis(qbus uniuerſa Græcia tūc utebatur) abſoluiſſe ſub Idomeneo merentē:dein poſt multū tpis apud gnoſō monumēto terremotu ſeu uetuſtate collapſo: reptos libellos: acticiſq; litteris ꝯmutatos Claudio Cæſari Nerōi oblatos: demū latine cōuerſos. hæc ille. Quare multū tibi Bernarde uir magnifice ſtudioſi debebunt uniuerſi:qui Dictyn lu culentū hiſtoriographū tot iā ſæculis ſitu ſqualēte;: & uix in lucē pdire auſum:nunc ſolertiſſime tuis ſumptibus:pulchroq; caractere impſſum haud difficulter habebūt. Ego tandē ne Mineruā erudire ac noctuas athenas deferr̄ uidear:hic finem faciam:pſertim ne p̄bita ſit uitupatoribus oblatrandi facultas:q obtrectatione alienæ ſcientiæ ſibi famā

latrandi facultas: q obrrectatione alienæ ſciētiæ ſibi famaꝫ aucupari: dēteqꝫ theonino aliēa carpe ac edētuli dētatis & oculatis talpæ capreata fronte inuidere ſolent. Vale togæ ſagiqꝫ candidiſſimum decus: & me quod facias ama.

EIVSDEM EPIGRAMMA AD EVNDEM.

Ediderat mundo ſummum pia Creta tonantem:
Diſſimilem Dictyn protulit inde ioui.
Olim cœlicolum rector nam creditus alter:
Alter terrigenis inclyta ſcripta dedit.
Dictyos atque iouis numen ſeu grammata confer:
Hoc abiiſſe uides: enthea ſcripta manent.
Sic tu qui noſtris decus es Bernarde camœnis
Qui facis ut cunctis Dictys in ore ſonet.
Carmina cœlicolas teſtor: ſi noſtra ualebunt.
Viues carminibus ſæcula longa meis.
Sunt hæc parua tamen: ſunt hæc leuiora fatemur.
Mox maiora dabo: ſpeſqꝫ decuſqꝫ uale.

HEXASTICHON.

Vndeni uerſus partem ſi ſumpſeris imam.
Cum puppi proram iungito amice parem:
Vertice cum ſummo tracta interiora tonantis.
Tertiaqꝫ octaui ſyllaba iuncta fiet.
Extremo biſquina tamen ſi carmine cedat
Auctoris totum ſyllaba nomen habes.

TETRASTICHON.

Tarpæi montis templum Dictynna coloſſus.
Thebæ niliacæ pyramidumque labor
Mauſolus Babylon mundi miracula cedant:
Illa ſoluta iacent: Dictys ad ora uolat.

DISTICHON.

Vertice nata dei quondam uelut ægide Saiſ:
Gnoſida trinacriæ ſic tulit arte caput.

MONOSTICHON.

Ilion obſedit bello gens græca biluſtri.

APPENDICVLAE ad Libri interpretationem.

Minoiſ filij MINOS Iouis & Europæ filius Androgeum Ariadnam Phedrã Deucalionē & Molũ ꝑgenuit: ex Deucalione Idomeneus: ex molo meriões ſeu myrion & Idomeneus alter naſcitur. Itē Tantalus Iouis filius genuit pelopem. Pelops aũt Atreum Thyeſtem & Pliſthene3: hic uero ex Aeropa Agamēnonē & menelaum ſuſtulit: At agamemnõ Iphigeniã ſiue Iphianaſſam electrã horeſtēq; ꝑcreauit. Menelaus uero cũ Helena genuit Hermionem cu3 qua ſeu cum Andromache Pyrrhus Achillis filius ꝑgenuit moloſſum: unde moloſſi populi. Item ex Pleione filia oceani ſeu danai & ex Athlãte naſcitur electra quæ peperit ioui Dardanũ. hic Erichthonium: hic Troem. Tros Ilionem Ilion Laumedõtem ex quo Priamus cui Hecuba Cyſſei regis thracum filia peperit Creuſam Caſſandram Ilionem Polyxenam Paridem Hectorem Helenum Chaonem Troilum Deiphœbum Polidorum Politem. Iterum Iuppiter ex taigeta agenoris Phœnicum regis filia genuit Lacedæmone3: hic muſculum uel potius Amic atem: hic Argalum ſeu Argulum ex quo Oebalus pater Tyndari cui Læda peperit Caſtorē Pollucem Helenam & Clitemneſtrã. EX Phœnice quoque filio ſeu filia Agenoris pēdet Ledæ atque Hecubæ origo. Hæc iccirco adiunxi: quia multi incident loci: in quibus eadem noſſe ex uſu erit. ARGVmentum primi libri. ATREVS ALter (qui fuit Cretenſis ditiſſimus pater Aeropæ ex Minoe origine3 trahens qcqd auri

& argenti pecorũq; habuit:nepotibus diuidendũ reliq̃rat: ſed terrarũ imperia iuſſu eiuſdem diuiſim poſſidebant Idomeneus deucaliõis filius cũ merione patrueli ſuo & idomeneus alter molius. i. Moli filiuſ. Omnes igitur pelopidæ ad ptiendas iter ſe Atrei opes Cretam conuenere: inter quos Palamedes & menelaus qui etiam ſororis fratriſq; in illa diuiſione functus ẽ uice:quũ neuter aduẽiſſet. Cũcti deniq; apud Cretã benigne ſuſcepti in europeſq; templũ deducti precioſa operum extructione mirifice ſunt affecti contemplantes ſingula quæ ex Sidone patria europes nobilibuſq; matronis tranſmiſſa magno tum decori erant. PER idem tp̃s Paris cum Aenea aliiſq; receptus in domo menelai ubi aduertit regem abeſſe Helenam multaſque opes: item Aetram & Clymeneз menelai affines abſtulit. Qui bus cognitis menelaus cum coniugis:tum affinium iniuria torquebat:quem Plamedes ſolatus nauem conſcendere facit:pauciſque diebus ſpartam tenuere:quo Agammẽnon & Neſtor:cunctique ex origine Pelopis conuenerant Legãtur tandem ad troiã Palamedes Vlyſſes & menelaus ut abrepta repeterent:quumq; Palamedis oratio troianos permoueret:Priamus eius ſermo neз interrupit inqenſ nõ eſſe æquum inſimulare eum qui abſit. Nam Paris nonduз ad troiam peruenerat:ſed eadẽ qua apud Sparten uſns cupiditate ſidoniorum regem ſuũ hoſpitẽ obtruncarat cunctamq; domũ abſtulerat. Igitur paridis aduentu cõmota ciuitas facinuſ deteſtabatur:Priamus ꝑinde anxius (dimiſſiſ filiis reddendã eſſe Helenam negãtibus) cõuocat ſeniores: at filii cõcilium irrumpunt multoſq; obtruncãt. His pactiſ Priamus hortatu Hecubæ helenam adiit quæ aſſerenſ ſuã originem ad Priami & Hecubæ genus ptinere eorundem

fidei flens ſe cōmendat. Priamus denicꝫ nō amplius differe dos legatos ratus Helenā in cōcilium corā legatis adduxit: quæ interrogata reſpondit nō inuitā nauigaſſe ſeqꝫ potius Paridi q̄ Menelao conuenire. Quibus auditis legati mina bundi digrediuntur: q̄uis reguli eos necandos ne ad bellū graeciā concitarent ſtatuiſſent tamē duce Antenore dimit tuntur illeſi: puenienteſqꝫ Spartā Helenæ uolūtatē filiorū Priami ſcelus Antenoriſqꝫ hoſpitium exponūt. Quas ob res Diomedis regnum in quo de apparatu belli agatur eligi tur: ubi deinde cūcti græciæ prīcipes ceſo porco a Calchāte iurant inimicitiā contra Priamum: Inde cunctis ſuffragiis Agamēnon rector omniū declarātur: duceſqꝫ nauiū Achil les Aiax & Phœnix conſtituūtur: Campeſtri exercitui Pa lamedes p̄ponitur cum Diomede & Vlyxe: Poſtea deſcri bitur nauium. M.cc.lxxxviiii. catalogus ad aulidē confluē tiū. Sed quū ibi Agamēnō ceruā ſeu capreā Dianæ inſcius interfeciſſet peſtiſqꝫ ob id inuaſiſſet exercitum tandē muli er deo plena reſpōdit nō poſſe ſædari peſtē niſi Agamēnōis filia Dianæ immolaret abnuēteqꝫ Agamēnōe Vlyxes falſis litteris tāq̄ ab eodem ad uxorē miſſis Iphigeniā aſportauit. At in tēplo orta tēpeſtate audita uox ē deā aſpernari tale ſa crificiū qn poti9 immolarēt qd oblatū in uirginis uicē reſpi cerēt dein ceruā ſubito uiſā īmolāt: Cūctiqꝫ ſædata tēpeſta te ingēti lætitia ex aulide nauigarūt naueſqꝫ corū Anius rex & eius filiæ (qbus a baccho cōceſſum fuit ut qeqe ipſæ tāge rēt uerterēt i uinū triticū & oleū unde dictæ ſūt cenotropæ q̄ uertentes omnia in nouas ſpecies) cibariis expleuerunt.

EIVSDEM EPIGRAMMA AD EVNDEM.

Phœbigenam precibus mouit Dictynna ſub orcum
Miſſum Theſeidem reddidit ille deæ.

Alteris Euganeo precibus conceſſa poetæ
Diua Cupidineo numine uicta parens.
Vota Midæ ſupplicis Bacchus perfecit in auro:
Atq; Anii natas ſurgere iuſſit aues.
Aſterien pelagi fundo traxere ſororis
Latonæ (placido uixq; tonante) preces.
Perſephone ſuperis numen partitur & imis
Effectum hoc Cereris ſupplice uoce deæ.
Morte pugil uitæ fratri largitur honorem
Alterna precibus ſydus utrunq; poli.
Dictyos aſſiduis dum poſcis grammata uotis
Viciſti O quantum uota preceſq; ualent.
Nam ſine labe tuum munuſcula parua libellum
Mittimus & nugas perlegis ante meas.
Quæ ſi non ſordent quamuis leuiora uidebis
Te duce pyeriis tendere ad aſtra modis.
Te ſine Caſtalias fruſtra tentabimus undas:
Nec ſine te nobis dexter Apollo fauet.
Iamq; uale & pilii ſuperes modo Neſtoris æuum
Longaq; Cumanæ ſæcula uatis agas.

PROLOGVS SEPTIMII ROMANI VIRI ELOQVENTISSIMI IN DICTYN CRETENSEM GRAVEM HISTORICVM E GRAECO IN LATINVM AB EODEM CONVERSVM.

Septimius Quinto Aradio. S. D.

PHIMERIDEM belli troiani Dictys Cretenſis (qui in ea militia cum Idomeneo meruit) conſcripſit litteris punicis: quæ tum Cadmo & Agenore auctoribus p græciam frequētabanť. Dein poſt multa ſæcula collapſo per uetuſtatem apud gnoſon

(olim Cretenſis regis ſedem)ſepulchro:eius paſtores quũ eo deueniſſent forte inter cæteram ruinam loculum ſtag/no a fabro clauſum offendere: ac theſaurum rati mox diſ-ſoluunt nõ auru3 nec aliud qcq̃ prædæ ſed libroſ ex philyra in lucem producturi. At ubi ſpes fruſtrata eſt ad Praxim dñm loci eos deferunt:qui commutatos litteris acticis(na3 oratio græca fuerat) Neroni romano cæſari obtulit:ꝑ quo plurimis ab eo donatus ē. Nobis quũ in man9 forte libelli uẽiſſent auidis ueræ hiſtoriæ cupido inceſſit ea uti erãt lati ne diſſerere magis cõfiſi ingenio ut otioſi animi deſidiã diſ-cuteremus. Itaq3 prioꝝ quinq3 uoluminũ q̃ bello cõtracta geſtaq3ſũt eũdẽ numeꝝ ſeruauim9: Reſidua qdẽ de reditu græcoꝝ quinq3 ĩ unũ redegim9: atq3 ad te miſim9 tu Ruf fine mi(ut par eſt)faue cœptis atq3 in legendo dietim.

LIBER PRIMVS DICTYS CRETENSIS DE HISTORIA BELLI TROIANI.

VNCTI reges qui Minois Ioue geniti ꝑnepotes græciæ imperitabant ad diui dẽdũs inter ſe Atrei opes Cretam cõue nere. Atreus namq3 ex Minoe poſtrẽa ſua ordinans qcqd auri atq3 argenti pe corum etiam fuit nepotibus quos filiæ genuerãt ex æquo diuidẽdũ reliquerat excepto ciuitatũ terrarũq3 imperio. Hæc qppe Idomeneus cum Merione Deucalionis Idomeneus alter Molius iuſſu eius ſeorſum habuere. Cõuenere aute3 Clymenæ & Nau plii filius Palamedes & Aeas Dictys ex Cretæ ida: Ite3 Me/nelaus Aeropa & Pliſthene genitus a quo Anaxibœa ſo/ro:(quæ eo tempore Neſtori denupta erat) & Agamẽnõ maior frater: ut uice ſua in diuiſiõe uteretur petiuerãt. Sed

hi non Pliſthenis ut erant magis q̃ Atrei dicebantur:ob eã
cauſam ꝙ quũ Pliſthenes admodum paruus ipſe agens in
primis ãnis uita functus nihil dignũ ad memoriã nominis
reliqſſet Atreus miſeratiõe ætatis ſecũ eos habuerat neqꝫ
minus q̃ regioſ educauerat:In qua diuiſione ſinguli pro no
minis celebritate inter ſe quiſqꝫ magnifice trãſegere. Adeo
re cõgnita omnes ex origine Europæ(quæ ĩ ea inſula ſũma
religione colitur)confluunt:benigneqꝫ ſalutatos in tem-
plum deducũt: Ibi multaꝝ hiſtoriarũ more patrio immola
tione celebrata exhibenteſqꝫ epulas large magnificeqꝫ eos
habuere. Itemqꝫ inſecutis diebus reges græciæ & ſi ea quæ
exhibebãtur magnifice cum lætitia ſuſcipiebant:tñ multo
magis templi eius magnifica pulchritudine precioſaqꝫ ex-
tructione operum afficiebãtur inſpiciẽtes repetenteſqꝫ me
moria ſingula quæ ex ſidone phœniciæ patria eius atqꝫ no-
bilibus matronis tranſmiſſa magno tuꝫ decori erãt. PER
idem tempus Alexander phrygius Priami filius cũ Aenea
aliiſqꝫ ex conſanguinitate comitibus Spartæ in domũ Me-
nelai hoſpitio receptus: indigniſſimuꝫ facinus perpetraue
rat. Is namqꝫ ubi animaduertit regeꝫ abeſſe ꝙ erat Helena
precæteris græciæ fœminis memoranda ſpecie amore eius
captus ipſam multaſqꝫ opes domo eius aufert: Aetram
quoqꝫ & Clymenam Menelai affines quæ ob neceſſitudi-
nem cum Helena degebant. Poſtq̃ Cretam nuntius uenit:
& cuncta ei quæ ab Alexandro aduerſus domum Menelai
cõmiſſa erant aperuit:ꝑ omnẽ inſulam (ſicut in tali re fieri
cõuenit) fama in maius diuulgatur: expugnatam quippe
domum regis euerſumqꝫ regnum & alia in talem modum
ſinguli differebãt. Quibus cõgnitis menelaus & ſi abſtrac
tio cõiugis animũ ꝑmouebat multo amplius tamẽ ob iniu

riam affiniu3(quas ſupra memoramimus)cōſternebatur
Quod ubi aïaduertit Palamedes regē ira atq; indignatōe
ſtupefactū concilio excidiſſe:īpe naues parat:atq; oī inſtru
mēto compoſitas terræ applicat:deinde pro tpe regē breui
ter cōſolat:poſitis etiam ex diuiſioneq; in tali negocio tem
pus patiebatur:nauē aſcendere facit:Atq; ita uentis ex ſen
tentia flantibus:paucis diebus ſpartam peruenere. Eo ia3
Agamemnō & Neſtor:omneſq; qui ex origine Pelopis in
græcia regnabant cognitis rebus confluxerāt. IGITVR
poſtq̄ Menelaum aduenisse ſciūt:omnes in unum coeunt
& q̄q̄ atrocitas facti ad indignatione3 multaſq; iniurias ra
piebat:tamen ex conſilii ſententia legantur prius ad troia3
Palamedes Vlyſſes & Menelaus:hiſq; mādatᷓ uti conque
ſti iniurias:Helenam & q̄ cum ea abrepta erant repeterēt.
Legati paucis diebus ad troiam ueniūt:neq; tñ alexandrū
in loco offendere. Tū nanq; ꝑperatione nauigii inconſulte
uſum uēti ad Cyprum appulere:unde ſumptis aliquot na
uibus phœnicem delapſus:ſydoniorū regem qui eū ami
ce ſuſcæperat:noctu inſidiis necat:eadem qua apud lacede
moniā cupiditate uniuerſam domū eius in ſcelus propriū
conuertit:ita oïa q̄ ad oſtētationē regiæ magnificētiæ fue
re indigne rapta ad naues deferri iubet. Sed ubi ex lamēta
tione eorum:q caſum domini flentes reliq̄ p̄dæ aufugerāt
tumultus ortus eſt:populus omnis ad regiam concurrit:
Inde q; iam Alexander abreptis q̄ cupierat abſceſſionem ꝑ
perabat:paruo tempore armati ad naues ueniūt:ortoq; in
ter eos acri p̄lio:cadūt utrinq; plurimi:quum obſtinate hi
regis necem defenderent:hi ne amitterent ſpartam p̄dam
ſummis opibus anniterenᷓ:incenſis dein duabus nauibus
troiāi reliquas ſtrennue defenſas liberant:atq; ita fatigatis

iam prœlio hoſtibus euadūt. INTERIM apud troiam le gatorum Palamedes (cuius maxime ea tempeſtate domi bellicꝗ conſilium ualuit) Priamum adiit: conductoꝗ concilio: primum de Alexandri iniuria conqueriť exponens cōmunis hoſpitii euerſionem: Dein monet quantas ea res inter duo regna ſimultates concitatura eſſet interiaciens memoriam diſcordiarum Ilii & Pelopis aliorumꝗ qui ex cauſis ſimilibus ad internitionē uſꝗ gentium peruēiſſent: Ad poſtremū belli difficultates contraꝗ pacis cōmoda aſtruit: non ſe ignorare ait quātis mortalibus tam atrox facinus indignationem incuteret: ex quo auctores iniuriæ ab oībus derelictos impietatis ſupplitia ſubituros. Et quum plurima dicere cuperet: Priamus medium eius interrūpēs ſermonem parcius quæſo Palamedes inquit iniquum etenim uidetur inſimulari eum qui abſit maxime quum fieri poſſit ut ſiqua criminoſe obiecta ſint præſenti refutatione diluantur. Hæc atꝗ alia eiuſmodi inſerens differri querelas ad aduentum Alexandri iubet: uidebat enim ſinguli qui in eo cōcilio aderant Palamedis oratione mouerentur: ut taciti uultu tamen admiſſum facinus condēnarēt quum ſingula miro genere oratōis exponerentur: atꝗ in ſermōe græci regiſ ineſſet quædam pmixta miſeratione uis. Atꝗ ita eo die cōcilium dirimitur: ſed legatos Antenor uir hoſpitalis & præter cæteros boni honeſtiꝗ ſectator: domum ad ſe uolētes deducit. INTERIM paucis diebus Alexander cum ſupradictis comitibus reuertitur Helenam ſecum habens cuius aduētu (tota ciuitas quum partim exēplū facinoris execraretur alii iniurias in Menelaū admiſſas dolerēt nullo omnium approbante poſtrēo cunctis indignātibus) tumultus ortus eſt. Quibus rebus anxius Priamus filios conuocat

palamedis querela ad priamū

Antenor legatos hospi[...]

coſq; quid ſup tali ñegotio agẽdum uideret conſulit: q̃ una uoce minime reddendam Helenã reſpõdent: uidebãt qppe quantæ opes cũ ea adductæ eſſent quæ uniuerſa (ſi Helena traderet) amitterent. Præterea cõmoti forma mulierũ quæ cũ Helena uenerant nuptias ſibi ſingularũ iam animo deſtinauerãt: quippe lingua moribuſq; barbari nihil penſi aut cõſulti faciẽtes præda atq; libidine trãſuerſi agebant. Igitur Priamus relictis his ſenes cõducit ſentẽtia; filiorum aperit deinde cunctos qd agendum eſſet cõſulit: ſed priuſq̃ ex more ſentẽtiæ dicerent reguli cõcilium repẽte irrũpunt atq; in cõditis moribus malum ſingulis minitantur ſi aliter q̃ ipſis uideretur decernerent. INTERIM oĩs populus indigne admiſſam iniuriã: atq; in hũc modũ multa alia cũ execratione reclamabat: ob quæ Alexãder cupidine animi præceps ueritus ne quid aduerſum a popularibus oriretur ſtipatus armatis fratribus: impetũ in multitudinẽ facit: multoſq; obtruncat: reliqui interuẽtu procerũ qui in cõcilio fuerãt duce liberantur antenore. Ita infectis rebus populus cõtemptui habitus non ſine pnitie ſua domũ diſceſſit. Dein ſecuta die rex hortatu Hecubæ Helenam adiit eamq; benigne ſalutãs bonum animum uti gereret hortatur: quæ cuiuſq; eſſet requirit. Tum illa Alexandri ſe affinem reſpondit magiſq; ad Priamum & Hecubã q̃ ad Pliſthenis filios genere ptinere repetens originem omnem maiorum. Danaum enim atq; Agenorem & ſui & Priami generis auctores eſſe: Nãq; ex Pleione danai filia & Athalante Electram natam quam ex Ioue grauidam Dardanum genuiſſe: ex quo tres deinceps inſecuti reges Ilii: Agenoris porro Taigetam eam ex Ioue habuiſſe Lacædemonẽ: ex quo Muſculum natum & ex eo Argalum patrem Oebali quem Tyndari (ex quo ipſa geni

tã uideretur)patrem cõnſtaret:repetebat etiã cũ Hecuba materni generis affinitatem: Agenoris quippe filiũ Phœnicem & deinde Hecubæ & Ledæ cõſanguinitatis originẽ diuiſiſſe. Quæ poſtq̃ memoriter cũcta retexuit ad poſtremum flẽs orare ne ſe(quæ in fidem ſemel illorum recepta eſſet)prodendam putarẽt:ea ſecum de domo menelai apportata quæ propria fuiſſent nihil præterea ablatum. Sed utrum in modico amore Alexandri an pœnarũ metu quas ob deſertã domũ a cõiuge metuebat ita ſibi cõſulere maluerit parum conſtabat. IGITVR. Hecuba cognita uolũtate ſimul ob generis cõiunctionẽ cõplexa Helenam ne pderet ſũmis opibus ãnitebaẽ. Quum iã Priamus reliqui reguli non amplius differẽdos legatos dicerẽt nec reſiſtẽdum popularium uolũtati:ſolo omniũ Deiphebo Hecubæ aſſenſo quẽ non aliter q̃ Alexãdrum Helenæ deſideriũ a recto cõſilio pᵱediebat. Itaq; quum obſtinate Hecuba nũc Priamũ: modo filios depcaretur:nec a cõplexu eius ullo modo: ulla ratiõe diuelli poſſet:omnes q aderant in uolũtatẽ ſuã traduxit:ita ad poſtremũ bonum publicũ materna gratia eſt corruptum. Deinde poſtero die Menelauſ cũ ſuis in cõtionem uenit coniugẽ & quæ cũ ea abrepta eſſẽt repetẽs. Tũc Priamus inter regulos medius aſtans facto ſilẽtio optionẽ Helenæ)quæ ob id in cõſpectũ populariũ uenerat)offert ſi ei uideretẽ domũ ad ſuos regrediendi:quã fuerũt dixiſſe neq; ſe inuitam nauigaſſe neq; ſibi cũ Menelai matrimõio cõuenire:itaq; reguli habẽtes Helenã nõ ſine exultatiõe e contione diſcedunt. HIS ACTIS Vlyxes cõteſtãdi magis gratia q̃ aliqd ex oratione pmoturus cuncta quæ ab Alexãdro cõtra græciã indigne cõmiſſa eſſent retexuit ob quã iniuriã ultionẽ breuiter teſtatus eſt. Deinde Menelaus ira pculſus

atroci uultu exitiū minitatus cōcilium dimittit: quæ ubi ad Priamidas plata ſūt cōfirmāt ī terſe clā ut p dolum legatos circumueniāt: Credebāt qppe (quod non fruſtra eos cōſilium habuit) ſi legati imperfecto negotio reuertiſſent fore uti aduerſum ſe grande prælīū cōcitaretur. Igitur Antenor (cuius de ſanctitate morū ſupra memorauim9) Priamuꝫ cōuenit cōiurationēq; factā conqueritur filios quippe eius nō legatis ſed aduerſum ſe inſidias parare neq; id ſe paſſuꝫ: Dein non multo poſt legatis rem aperit ita exploratis omnib9 adhibito pſidio qum primū opportunū uiſum ē īuiolatos eos dimittit. DVM HAEC apud troiā agūtur diſſeminata iā p uniuerſam græciā fama omnes pelopidæ ī unū conueniūt: atq; īterpoſita iuſiurādi religione (ni Helena cū abreptis redderetur) bellū ſe Priamo illaturos cōfirmant. Legati lacædemona redeūt de Helena eiuſq; uoluntate narrant: Dein priami filiorumq; eius aduerſuꝫ ſe dicta geſtaq; grande preconiū fidei erga legatos Antenoris præferentes Quæ ubi accepere decernit uti ſinguli in ſuis locis atq; imperiis opes belli parent. Igitur ex cōſilii ſentētia oportunus locus ad cōueniēdum & in quo de apparatu belli ageretur argi Diomedis regnum deligitur. Ita ubi temp9 uiſum eſt primus omniuꝫ īgenti nomine uirtutiſ atq; corporis. Aiax thelamonius aduenit cū eo Teucer frater. Dein haud multo poſt Idomene9 & Meriones ſūma ī terſe iūcti cōcordia: eorum ego ſecutus comitatū ea qdem quæ antea apud troiam geſta ſunt ab Vlyxe cōgnita q̄ diligentiſſime retuli. reliqua quæ deinceps inſecuta ſuut (qm̄ ipſe interfui) q̄ ueriſſime potero exponam. IGITVR poſt eos quos ſupra memorauimus Neſtor cum Antilocho & Thraſimede (quos ex Anaxiboea ſuſceperat) ſupuenere: eos Peneleus īſecut9

tum Leiro & Archeſilao cōſanguineiſ: Dein Prothenor & Clonius Boetiæ ꝑncipes. Itemq; Schedius & epiſtrophuſ phocenſes aſchalaphus & Ialmenus Orchomenii: tū Dio res & Meges phyleo genitus: thoas ex andtæmone cury/pylus cuemonis orchomenius & Leontheus. poſt quos achilles pelei & thetidis qui imbutus belliſ ex chirone dicebatur: hic in primis adoleſcentiæ annis ꝓcerus decora facie ſtudio reꝝ bellicarum oēs iam tū uirtute & gloria ſupabat Neq; tñ aberat ab eo uis q̄dā incōſulta & effera morū ipatientiam: cū eo Patroclus & phœnix. alter ꝑ coniunctione; aīcitiæ: alter cuſtos atq; rector eius. Tlepolemuſ dein & eutraphates inſecuti ſunt: Phidippus & Antiphus inſignes armoꝝ ſpecie auro hercule. Poſt hos proteſilaus Iphicli cū podarce fratre affuit: & eumelus pheræus: cuius pater Admetus quōdam uicaria morte cōiugis fata propa ꝓpulerat Podalyrius & Machaon thracenſes Aeſculapio geniti acciti ad id bellum ob ſolertiā medicæ artis. Deinde pæantis filius philoctetes qui comes Herculis poſt diſceſſum eius a diis ſagittaſ diuinas induſtriæ p̄mium cōſecutuſ ē. Nire9 pulcher ex Syme: Ex athēis Meneſtheus & aiax Oili ex locride: ex Argis Amphilochus amphiarai: & Sthelen9 Capanei: & cum his Euryalus Meciſtei. deinde ex Aetholia theſandrus polinicis. poſtremo omnium Demophoon atque achamas fuere: cūcti ex origine pelopis. S3 eos quos ſupra mēorauimus: plures alii ex ſuis quiſq; regionibus ꝑti ex regū comitibus alii ipſius regni ꝑcipes inſecuti ſunt: quorū nomina ſingulatim expōere haud neceſſariū ē. IGITVR ubi argos oēs uenere. Diomedes hoſpitio cunctos recipit neceſſariaq; p̄bet. Deinde Agamēnon grande; auri pōdus Mycœnis apportatū ꝑ ſingulos diſptiēs promptiores aios

oīum ad bellum quod parabatur facit. Tū cōmuni cōſilio ſup cōditione belli iuſiurādū interponi hoc modo placuit Chalcas Neſtoris pſcius futuroꝝ porcū marē in mediū fo rum afferri iubet:quē in duas partes extentū oriēti occidē tiqꝫ diuidit:atqꝫ ita ſingulis nudatis gladiis per mediū tran ſire iubet:deinde mucronibus ſanguine eius oblitis adhi bitis etiam aliis ad eam rem neceſſariis inimicitias ſibi cum Priamo p religionem cōfirmāt:neqꝫ prius ſe bellū deſertu ros q̄ Iliū atqꝫ oē regnū eruiſſent: Quibuſ pfectis atqꝫ lau te Martem atqꝫ Concordiam multis immolationibus ſi bi adhoſpitauere. Deinde in templo Iunōis argiuæ recto rem oīum declarari placet:Igitur ſingulis in tabellis: quas ad deligendum belli pncipem quem cuiqꝫ uideret accepe rant punicis litteris nomē Agamēnōis deſignant. Ita con ſenſu oīum ſecundo rumore ſummā bel'i :atqꝫ exercitus ī ſe ſuſcipit:qd ei ꝑpter germanum: cuius gratia id parabat bellum. & pp magnam opum uim qbus pter cæteros græ ciæ reges magnus atqꝫ clarus hēbatur: merito acciderat. Dein duces præfectoſqꝫ nauium Achillem Aiacem Phoe nicemqꝫ deſtinant:præponitur etiam cāpeſtri exercitui Pa lamides cum Diomede & Vlyſſe:ita ut inter ſe diuturnas uigiliarumqꝫ uices diſpartiant. His peractis ad parandas opes atqꝫ inſtrumēta militiæ ſinguli in ſua regna diſcedūt. Interim belli ſtudio ardebat omnis græcia:arma:tela:equi naues:atque hæc omnia toto biennio præparantur:quin iuuentus partim ſua ſpōte alii æqualium ad gloriam æmu latione cōmunis militiæ feſtinarent. Sed inter hæc ſūma cura uis magna nauiuꝫ præcipue fabricatur:ſcilicet ne mul ta milia exercituū undiqꝫ uſum ī unum collecta incuria na uigandi tardarentur. IGITVR peracto biēnio ad Aulida

boetiæ:nam is locus delectus fuerat(ſinguli reges pro fa
cultate opum regniq; inſtructas claſſeſ pmittunt. Ex qb9
pmus Agamēnon ex Mycœnis naues cētum:aliaſq; ſexa
ginta quas ex diuerſis ciuitatibus quæ ſub eo erāt conſtru
xerat Agapenorē præfecit. Neſtor nonaginta nauiū iſtru
ctā claſſem. Menelaus ex omni Lacedemone naues ſexagi
ta. Meneſtheus athenis quinquagınta. Elephenor ex Eu
boia trigita. Aiax thelamonius ſalamina. xxxxi. Diomedeſ
lxxx. nauiū claſſem. Aſchalaphus & Ialmenus Orchome
nii naues. xxx. Oileus aiax. xii. Itē ex omni boetia Arche
ſilaus Prothenor:Peneleus Leitus:Clonius naues qnqua Numeru
ginta. Ex Phocide Schedius & Epiſtrophus. xxxx. Dein nauium
thalpiuſ & Diorëſ cum Amphimacho & Polyxino ex eli
de aliiſq; ciuitatibuſ regiōiſ ei9 naues. xxxx. Thoaſ ex ætho
lia. xl. Meges ex dulichio & ex inſulis echinadibuſ. xl. Ido
meneuſ cū Merione ex oī Creta claſſem nauiū. lxxx. Ex
itacha Vlyxes. xii. pthouſ magnes. xl. Tlepo emus ex rho
do aliiſq; inſulis quæ circa eam erant. octo. Eumeliuſ. xi.
Ex pelaſgiciſ. l. Nire9 ex Syme tres. Podarces & Protheſi
laus ex philaca aliiſq; qbuſ præerant locis naueſ. xl. Podaly
rius & Machaon. xxx: Philocteteſ ex methone:aliiſque ci
uitatibus naues ſeptem. Eurypiluſ orchomeniuſ. xlii. Gu
neus. xx: Leonteuſ & polipœteſ ex ſuis regionib9. xl. Ex ī
ſuliſ niſyro Caprate. coo. Eutraphrateſ Antiphuſ & phi
dippuſ. xxx. Theſandruſ Poliniciſ quem ſupra memoraui
muſ(ex Thebis naueſ. l. Calchas ex archadia. xx. Mopſus
ex colophona. xx. Epeuſ ex inſuliſ cycladib9. xxx. eaſq; ma
gna ui frumenti:aliis quoq; neceſſariis cibi gratia replent:
Quippe ita ab Agamēnone mandatū acceperāt:ſcilicet
ne tāta uiſ militum neceſſariorum penuria fatigaretur. Igi

tur inter tantum claſſium apparatū equi atq; currus bellici locorum conditione multi:ſed pedeſtris militis pars maxima:ob eā cauſam qa p omnē græciā multo maior egeſtate pabuli eqtatus uſus prohibetur. Præterea fuere multi qui ob artis peritiam neceſſarii nauium apparatui credebātur.

PER IDEM tempus Lytius Sarpedō neq; pcio neq; gratia Phalidis ſidoniorū regis allici potuit ut uirtutis ſotietatem militiæ noſtræ aduerſus troiāos ſequeret:quippe quē ia; Priamus donis amplioribus iiſq; poſtea duplicatis fidiſſimū ſibi retinuerat. Omniū aūt claſſiu; numerus (quē ex diuerſis græciæ regnis cōtractū ſupra expoſuim9(toto qnquēnio īſtruct9 pparatuſq; ē. Ita quū nulla iā res pfectionē niſi abſentia militis retardaret:Cūcti duces ueluti ſigno dato uno atq; eodem tempore aulidā cōfluūt. Interim in ipſa nauigandi feſtinatione Agamēnon(quem a cunctis rege; omniu; declaratū ſupra docuimus(longius paulo ab exercitu progreſſus forte cōſpicit circa lucum Dianæ paſcente; capreā imprudenſq; religionis(quæ in eo loco erat)iaculo tranſfigit: Neq; multo poſt ira Dianæ ob mutationē aeris corporibus ptētatis lues inuadit: atq; interim indies magis magiſq; ſæuiēs multa milia fatigare & pmiſcue pecora atq; exercitum grauari: prorſus nullus funeri modus neq; requies uti quicq; malo obuiu; fuerat uaſtabat. Quibus rebus ſolliciti. ducibus mulier quædam deo plena Dianæ iram fatur:Eam nāq;(ob necem capreæ qua maxime lætabatur(ſacrilegii pœnas ab exercitu expetere: nec leniri priuſq; auctor tāti ſceleris filiā natu maximā uicariā uictimam immolaſſet. Quæ uox ut ad exercitu; uenit omnes duces Agamēnonē adeūt:eum quippe primo orare recuſantēq; ad poſtremū cogere uti malo ob uiam properaret. Sed ubi

obſtinate renuere uident:nec ulla ui queunt flectere:pluri
mis conuitiis inſecuti ad poſtremũ regio honore ſpoliaue
re:ac ne tãta uis exercitus ſine rectore profuſius ac ſine mo
re militiæ uagaret̃:p̃ficiunt ante omnes Palamedem:Dein
Diomedem & Aiacem Thelamonium:quartum Idome-
neum. Ita per æquationem numeri atque partiuꝫ quadri
partitur exercitus. Neq̃ interim ullus finis uaſtitatis: tum
Vlyxes ſimulata ex pertinacia Agamẽnonis iracundia ob
id domũ demigrationem confirmans magnum atq; inſpe
rabile cunctis remedium excogitauit:profectus nãq; My
cenas nullo concilii participe falſas litteraſ tanq̃ ab Agamẽ
none ad Clytẽneſtram perfert:quarum ſententia hæc erat
Iphigeniam(nã ea maior natu erat:deſponſatam Achilli:
eumq; non prius ad Troiam profecturum q̃ promiſſi fides
impleretur:ob quæ feſtinaret:eamq; & q̃ nuptiis uſui eẽnt
mature mitteret. Præterea multa pro negocio emẽtito ar-
gumento locutꝰ fidem fecerat:Quæ ubi accæpit Clytem
neſtra tum pp gratiam Helenæ:tum maxime q̃ tã celeber
rimi nominis uiro filia traderetur:læta Iphigeniam Vlyſ-
ſi cõmittit. Iſque confecto negocio paucis diebus ad exer
citũ reuertit̃:atq; ex improuiſo in luco Dianæ cũ uirgine cõ
ſpicitur. Quibus cognitis Agamemnon affectione pater
næ pietatis motus:ne tam illicito immolationiſ ſceleri inter
eſſet:fugam parat. Eumque re cognita Neſtor lõga ex paſ
ſus oratione:ad poſtremum in ſuadendi genere:in quo
præter cæteros græciæ uiros iocundus auctuſque erat)a p
poſito cohibuit. Interim uirginem Vlyxes & Menelaꝰ cuꝫ
Calchante(quibus id negotium datum erat)remotis pro
pe omnibus ſacrificio adornant. Quum ecce dies tœdari
& cœlũ nubilo tegi cœpit. Dein repẽte tonitrua coruſcatio

nes:fulmina & præterea terræ mariſq; ingẽs motus atque ad poſtremum confuſione aeris ereptum lumen:neq; multo poſt imbrium atque grandinis uis magna præcipitata:inter q̃ tamen eſt terræ nulla requies tempeſtatis:Menelaus cum his qui ſacrificium curabant:metu atque hæſitatione in diuerſa agebatur:terreri quippe primo ſubita cœli ꝑmutatione:idque ſignum diuinum credere:Dein ne cœptum omitterent detrimento militũ commoueri. IGITVR inter tantam animi dubitationem uox quædam luco emiſſa aſpernari numen ſacrificii genus: & ob id abſtinendum a corpore uirginis miſereri nanq; eiuſdem.Cæterum pro tãto facinore ſatis pœnarum Agamemnoni a coniuge eius poſt troianam uictoriam comparatum:itaque curarent id quod inuicem uirginis oblatum animaduerterent immolare. Deinde cœpere uenti atque fulmina aliaque quæ ĩ magno cœli motu oriri ſolent concreſcere. SED QVVM hæc apud lucum aguntur:Achilles litteras ſeorſuꝫ miſſas ſibi a Clytemneſtra cuꝫ auri magno pondere accipit: in qbus ei filiam atq; oẽm domũ cõmendauerat. Quas poſtq̃ perlegerat & Vlyxis conſilium patefactum eſt:omiſſis oĩbus propere ad lucum pergit:magna uoce :Menelaum & q cũ eo erant ĩclamãs ab inqetudine Iphigeniæ cohiberẽt ſeſe comminatus ꝑniciem oĩbus niſi paruiſſent. Mox attoniti his atq; ſtupefactis ipſe ſuperuenit:reformatoq; iã die uirginem abſtrahit. Interim deliberãtibus cũctis quidnã & ubi eſſet q̃ ĩmolari iuberetur:cerua forma corporis admiranda ante ipſam arã intrepida conſiſtit eam ꝑdictã hoſtiã rati oblatãq; diuinitus cõphẽdere:moxq; ĩmolant. Quibus pactis ſædata lues inſtarq; æſtiui tpis cœlũ reſeratum eſt. Cæterum uirginẽ Achilles atq; hi qui ſacrificio ꝓfuere

clam omibus regi ſcytarꝫ qui eo tp̄e aderāt cōmendauerē At ubi duces ſedata ui mali animaduertere uentorꝫ flatus nauigandi proſperos atque æſtiuā maris faciem omēſlæti Agamēnonem adeunt:eūque interitu filiæ p̄ mœſtū cōſolati honorē regni rurſū cōcelebrāt:q̄ res p̄grata atq; accepta p̄ exercitū fuit:eū q̄ppe optimū conſultorē ſuū quē non ſecus q̄ parentē miles omnis p̄colebat. Sed Agamemnon ſiue eorꝫ quæ p̄ceſſerant ſatis prudens ſiue humanarꝫ rerūʒ neceſſitatem aīo reputans. & ob id aduerſus īfortunia firmiſſimus:diſſimulato quod ei acciderat:honorem ſuſcipit atq; eo die duces omnes in cōuiuium ad ſe deducit. Dein multis poſt diebus exercitus ordinatus per duces(quum oportunū iā tēpuſ nauigandi ingrueret)aſcendit naueſ repletas multis p̄cioſiſſimis rebuſ quæ ab incolis regiōis ei9 offerebantur. Cæterum frumenta uinum:aliaque cibi neceſſaria Anius & eius filiæ prebuere;quæ cenotropæ& diuinæ religionis antiſtites memorabātur. Hoc modo ex Aulide nauigatum eſt.

ARGVMENTVM SECVNDI LIBRI.

TELEPHVS MYSIORVM REX HERCVLIS & Auges filius prohibens græcorum aduentnm deuenit ad pugnam:in qua theſandrus Polinicis & theutratius īterficitur:ipſe qnoque telephus ab Achille acriter uulneratus:duce eodem ſanitati reſtituitur. ITEM SARpedon Laodomiæ & Xanthi filius iuxta troiam congreſſus eſt cum græcis ubi Protheſilaus tælo Aeneæ perimit Cygnus rex ab Achille occiditur. Palamedes Smynthio Apollini ſacrificat. Pphiloctetes morſu ſerpentis cōtingit: & ſanat. Palamedes īſidiis Diomedis & Vlyſſis ſimulatiōe

theſauri morti traditur ſepultuſq; funere publico. Achilleſ uaſtatis multiſ oppidis troianoꝝ Aſtimōen Chryſei ſacerdotis filiam & Hippodamiam Briſei filiā abduxit. Polymneſtor Polydorū Priami filium græcis prodidit. Aiax Tegmeſſam puellā aufert. Diuiditur præda capta. Oratio Vlyxis ad troianos. Polydor9 interficitur. Peſtis inuaſit exercitum. Redditur Aſtimone patri. Sædatur lues. Eripit Agamēnon Hippodamiā Achilli. Deſcribitur catalogus iuuantium troianos. Achilles iraſcitur. Dolon occiditur. Vulnerantur duces plurimi. Percutitur a Menelao Paris a Pandaro Menelaus. Pandarus a Diomede interficitur. Hector incendit græcorum naues: fit pugna maxima utrinq;. Rœſus rex in ſomnis perimitur. Demum Achilles Agamemnoni reconciliatur.

.F. DISTICHON. F.

Inſtabat ſextus decimæ trieteridis annus
Iam mihi: dum dicto hæc qualiacunq; legis

DICTYS CRETENSIS DE HISTORIA BELLI TROIANI LIBER SECVNDVS.

POSTQVAM ad myſiorū regionē uniuerſas claſſes uēti appulere: propere omnes ſigno dato naues littori admouerunt. Dein egredi cupiētibus a cuſtodibus loci eius obuiatū eſt: eos nāq; Teleph9 q tū myſiæ imperator erat (quo omnis regio ab incurſione maritimorū hoſtiū defēſaretur) littori pfecerat. Igitur ubi deſcēdere prohibentur neq; prius pmittitur terrā attingere q̄ regi qnā eſſent nunciaretur: noſtri primo quæ dicebantur negligere & ſinguli nauib9 egredi. Dein poſtq̄ a cuſtodib9 nihil remittebatur

& ſumma ui reſiſti ac prohiberi cœptum eſt: duces oēs ma
nu iniuriam uindicandam rati arreptis armis euolant naui
buſ incenſiq; ira cuſtodes cædere neq; uerſis his in fugam
parcere: ſed uti qſq; fugientem cōprehenderat obtruncare.
Interim ad Telephum q primi fuga græcos euaſerāt ueni-
unt: irruiſſe multa hoſtium milia eoſq; cæſi cuſtodibus lit-
tora occupaſſe multa præterea ꝓ metu ſuo adiicientes nun
tiant. Dein re cognita Telephus cum his quos circū ſe ha
bebat aliiſq; qui in ea feſtinatione in unm conduci potuere
propere græcis obuiā uenit: ac ſtatim cōdēſatis utrinq; frō
tibus ui magna cōcurrit. Deinde uti qſq; in manus uenerat
interficitur: quū interim his atq; illis ex cauſa ſuorū percul
ſis uehemētius inſtaret. Sed in ea pugna Theſādrus(quē
Polinicis ſupra memorauimus)cōgreſſus cum Telepho ic
tuſq; ab eo cadit: multis tñ hoſtiū interfectis: in qbus Tele
phi comitem(quē rex ob induſtriā uiriū atq; ingenii inter
duces habebat)ſtrēnue dimicātē obtruncarat: atq; ita pau
latim elatus ſecundo belli euentu & ob id maiora uiribus
aggreſſus interficitur: atq; eius cruentū corpus Diomedes
(qui ei iam tū a parentibus cœptum cū eo ſocietati ius pſe
uerabat(humeris extulit idq; igne crematum(quod ſup
fuerat(more patrio ſepeliuit. AT VBI animaduerterat A-
hilles & Aias thelamonius magno ſuoꝝ detrimento euen
tum belli trahi exercitū in duas partes diſpartiunt ac pro
tempore cohortati ſuos: tanq̄ reſtauratis uiribus acrius
hoſtes incurrunt: ipſi duceſ principeſq; certaminis quum
modo inſequeretur fugientes modo incruentibus ſemet

Teutratio & Auge genitus frater Telephi uterinus ubi aía
duertit Aiacem tanta aduerſum ſuos cū gloria dimicātem
propere ad eum ſe conuertit ibi pugnādo ictus tælo mox
occubuit: Eius caſu Telephus non mediocriter perculſus
ultionemq; fraternæ mortis expetens infeſtus Aiacem in
uadit atq; fugatis quos aduerſum ierat quū obſtinate Vly
xem inter uineas (quæ loco adiunctæ erāt) cōſequeret̄ p̄pe
ditus trunco uitis ruit: id ubi Achilles procul animaduertit
tælo iaculato femur ſiniſtrū ei tranſfigit: At Telephus im-
pigre ſurgens ferrumq; ex corpore trahit & protectus con
curſu ſuorū ab inſtāti periculo liberatus eſt. Iamq; diei plu-
rimū proceſſerat: quū utraq; acies intenta prœlio ſine ulla
requie ac iugi certamine ſtrenuis aduerſū ſe ducibus fatiga
retur: Namq; noſtros multorū dierum nauigatiōe aliquan
tum exhauſtos maxime præſentia Telephi examinauerat:
is namq; hercule genitus procerus corpore ac pollens uiri
bus diuinis patris uirtutibus propriam gloriam æqparaue
rat. Igitur aduenīēte nocte cunctis cedētibus requies belli
facta eſt: ac myſii ſe ad domum noſtri ad naues digrediun-
tur. Cæterum in ea pugna multi mortalium interfecti utri
uſq; exercitus ac uulnerati pars maxima prorſus nulli aut
perpauci cladis belli expertes. DEIN Inſecuta die legati in
uicem de ſepeliendis qui in bello ceciderant mittuntur: at-
que indutiis interpoſitis collecta corpora atq; igne cremata
ſepeliunt. Interim Tlepolemus & cum fratre Antipho
phidippus quos Theſſalo genitos (nepotes Herculis ſupra
memorauimus) cognito Telephum in his locis imperi-
tare fiducia congnationis ad eum ueniunt: eiq; quinam eſ-
ſent & quibus cum nauigaſſent aperuere: Deinde multa
inuicem conſumpta oratione ad poſtremum noſtri acrius

incuſare ꝙ tam hoſtiliter aduerſum ſuos uerſaretur: Aga-
memnonē namq; & Menelaum pelopidas nō alienos gnē
gnīs ſui eum exercitū cōtraxiſſe. Dein quæ circa domū Me
nelai ab Alexandro cōmiſſa eſſent raptūq; Helenæ docent:
ob q̄ decere eū cū pp cōſāguinitatē tū pcipue ob ſcelus uio
lati cōmunis hoſpitii græcis ultro offerre auxiliu3 in quorū
gratia ipſius etiam Herculis plurima laborum monumēta
per totam græcia3 exiſterēt. Ad quæ telephus(& ſi dolore
uulneris non modice afflictabatur)benigne tn̄ reſpōdens
ipſorū ait primo culpa factū ꝙ amiciſſimos & iunctos ſibi
generis affinitate regno ſuo appulſos ignorauerit præmit-
tēdos etenim fuiſſe p quos cognito aduētu & eū obuiā ire
gratulātem opportuerit atq; amice hoſpitio receptos dona
toſq; muneribus quū cōmodū uideret remittere. Cæterū
militiā aduerſum Priamū recuſare: Aſtiochen priami filia3
ſibi matrimonio iuncta3 ex qua Eurypilus genitus arctiſſi
mū affinitatis pign9 intercederet. Deinde propere popula
rib9 uti ab īcœpto deſiſterēt nūtiari iubet atq; ita nr̄is libe-
ram egrediendi nauibuſ poteſtatē pmittit ac pro tempore
cohortari ſuos. Tumq; tlepolemuſ & cū eo uenerāt Eury-
pilo tradūtur. hiq; pactis quæ cupierāt ad naues pgunt nū
tiantq; Agamēnoni ac reliquis regibus pace3 cōcordiamq;
cum telepho. Quæ ubi accepēre apparatū belli læti omit-
tunt: Dein ex conſilii ſententia Achilles cum Aiace ad tele-
phum pueniunt eūq; iactatū magnis doloribus conſolati
ut uiriliter incōmodū ferret depcantur. At telephus ubi ali
quantu3 reſpiratio doloris interceſſerat græcos accuſare ꝙ

cunq; uellet polliciti dſiderium regis reliquis nunciauere.
Igitur omnes pelopidæ pter Agamēnonem & Menelaum
i unū cōgregati ad Telephū ueniūt:multūque gratulatiōiſ
& letitiæ pñtia ſua regi obtulere:ac deīde muneribus largi
ter donati hoſpitio recipiuntur. Neque tamē mileſ reliqu9
(qui apud naues erat)munificentiæ regis expers erat. Nā
quep numero nauiū frumentū aliaque neceſſaria affatim
portabātur. Cæterum ubi Agamemnone; :fratrēque ei9
abeſſe animaduertit multis precibus Vlyſſem deprecatur
uti ad eos acciendos pergeret. Hi itaque ad Telephum ue
niunt:ac more regio inuicem acceptis datiſque donis Ma
chaonem & Podalyrium Aeſculapii filios uenire ac uulne
ri mederi iubent:qui cōſpecta cura propere apta dolori mē
dicamina iponunt. Sed detritis aliquot diebus tempus na
uigandi remorari ac uentis aduerſantibus mare indies ma
gis magiſque ſæuire occipit. Telephum adeunt eūq; de op
portunitate temporis conſulūt:atq; ab eo docti initio ue
ris ex his locis ad troiam nauigandi tempus eſſe:reliqua ad
uerſa cunctis uolentibus boetiam reuertuntur:ibique ſub
ductis nauibus :ſinguli in regna ſua hyematum deſcēdūt:
Interim in eo otio regi Agamēnoni cū menelao fratre exer
cer diſcordiam ſuā uacuū fuit ob proditam Iphigeniam:is
nanq; auctor & ueluti cauſa tanti luctus eius credebatur.
PER IDEM tēpus ubi de coniuratione uniuerſæ græciæ
apud Troiam compertum eſt:auctoribus nunciis ſecutis
barbaris qui mercandi gratia per omnē Helleſpontum cō
mutare merces cū accolis ſueti ultro citroque uagabantur
metus atq; mœror uniuerſos inuaſere: quū ſinguli quib9
ab initio alexandri factum diſplicuerat male actū aduerſuſ
græciā & ob id paucorū prauitate in cōem perniciē mācipa

tū iri teſtarent̄. Interea ſollicita magnaqꝫ cura plures ex omni ordine lecti ad cōtrahenda ex finitimis regiōibus auxilia ab Alexandro aliiſqꝫ peſſimis conſultoribus dimittuntur: his mādatur uti q̄ primū expedito negotio remearēt: quod ea gratia maxime a priamidis feſtinabatur uti propere inſtructo exercitu tempus profectionis ante caperent atqꝫ oīe quod parabatur bellum in regiones græciæ tranſportaretur. Quū hæc apud troiā gerūtur Diomedes incœpti eorum certior factus magna celeritate ꝑ omnē græciā peruagatus uniuerſos duces conuenit: eiſqꝫ conſiliū troianoꝝ aperiens monet atqꝫ hortatur uti q̄ primū inſtructis rebus bello neceſſariis ad nauigandū feſtinarēt: neqꝫ multo poſt re cōgnita Argos ab omnibus cōuenit̄. Ibi Achilles regi indignatus ꝙ ꝑꝑ filiam renueret profectionem ab Vlyxe ad gratiam reductus eſt. Is nāqꝫ tū mœſto uctu obſito Agamēnoni inſinuans quæ circa filiam eius eueniſſent animū atqꝫ ornatū regis reformauit. Igitur cunctis p̄ſentibus (q̄q̄ a nullo officia militiæ negligebantur) præcipue tn̄ Aiax & Achilles cum Diomede curam maximā: ſtudiumqꝫ importandi belli ſuſceperant. Hiſqꝫ placet uti præter contractam claſſem naues (quibus loca hoſtilia incurſarent) præparētur. Ita diebus paucis quinquaginta nauium claſſem inſtructam omni genere compingunt: Cæterum ab incœpto militiæ eius octauo iam anno ad hoc uſqꝫ tempus conſūpto initium noni cœperat. At ubi inſtructæ omnino claſſes & mare nauigii patiens neqꝫ ulla res impedimento erat: citas (qui forte mercandi gracia eo appulerant) conductos mercede duces profectionis delegere. PER IDEM

remedio mederi poſſet: ad poſtremum Apollinis oraculo monitus uti Achillem atq; Aeſculapii filios adhiberet pro pere Argos nauigat. Deinde cunctis ducibus cãm aduẽtus eius admiratibus oraculũ refert: atq; ita orat ne ſibi pdictũ remedium ab amicis abnegaret. Quæ ubi accepere Achil les cum Machaone & Podalyrio adhibentes curã uulneri breui fidem oraculi firmauere. Cæterũ græci multis immo lationibus deos aiutores incœpto inuocantes Aulida cum pdictis nauibus ueniũt atq; inde ppere nauigare incipiẽtes Dux Telephus ob acceptã gratiam factus. Ita aſcenſis na uibus uẽtos nacti ex ſentẽtia paucis diebus ad troiã puene re. PER IDEM tempus ſarpedon lytius Xanthi & Lao domiæ filius frequẽtibus nũtiis a Priamo accitus cũ magna armatorũ manu aduẽtabat: Is ubi aĩaduertit pcul magnã uim claſſium remotam littori ratus ut negotium erat pro pere ſuos inſtruit græcoſq; egredi incipiẽtes inuadit. Neq; multo poſt priamidæ re cognita arreptis armis occurrunt: Quũ iterim græci infeſtis hoſtibus & omi mõ inſtãtibus neq; egredi pniciter neq; arma capere turbatis oĩbus & ob id cuncta impedientibus poſſẽt: Ad poſtremũ tñ hi (qbus in ea feſtination carmãdi ſemet poteſtas fuit) cõfirmati in ter ſe inuicem acriter hoſtes incurrũt. Sed in ea pugna Pro theſalus (cuius nauis prima omniũ terræ admota erat) in ter primos bellãdo ad poſtremũ tælo Aeneæ ictus ruit. oc cidere etiã duo Priami filii neq; reliqua multitudo utraq; ex parte cladis eius expers fuit. Cæterum Achilles & Aiax thelamonius (quorum uirtute græci ſuſtẽtabãtur) magna gloria dimicantes metum hoſtibus & fiduciam ſuis effece re: neq; amplius reſiſti aduerſum eos poterat: qn paulatim decedentibus his quos aduerſũ ierant ad poſtremũ cuncti

fugarentur:ita libero ab hoſtibus tēpore græci ſubductas naues atq; in ordine poſitas tuto collocāt. Dein ex omnib9 Achillem atq; Aiacem thelamonium(quoꝝ uirtute maxime fidebant)cuſtodes deligunt:eiſq; tutelā claſſium atq; exercitus per latera atq; cornua diſtribuētes tradūt. Igitur ordinatis diſpoſitiſq; omnibus Telephus(cuius ductu ad troiam nauigatum eſt) magna ſui apud exercitum gratia domum diſcedit:Neq; multo poſt circa Protheſilai ſepulturam noſtris occupatis nihilq; in tali tempore hoſtile metuētibus Cygnus (cuius haud ꝓcul a troia regnum erat(congnito aduētu noſtro clam atq; inſidiis græcos inuadit eoſq; ancipiti malo ꝑterritoſ ſine ullo ordine ac diſciplina militari fugere coegit. Deinde ꝓpere reliqui(quibus non ea humatio mandata erat(re cognita armati contraeunt in quibus Achilleſ congreſſuſ cū rege eumq; & magnā uim hoſtiū interficit:mox in fugam cōuerſiſ reliquis atq; hoc modo liberatiſ. Cæteruȝ ſollicitis ducibuſ & multoꝝ clade ob crebraſ hoſtiū incurſiōes anxiis decerniť uti primū finitimas troie ciuitates cū ꝑte exercitus adeāt eaſq; omni modo incurſēt Ita omniū primā Cygni regionē inuadunt uaſtantq; circū omnia. Sed ubi methorēſiū ciuitatē(quæ regni caput filiorum Cygni altrix memorabatur)nullo reſiſtente inuaſere atq; ignem ſubiicere cœperunt;ciues eius multis præcibus lachrymiſq; orare ut ab incœpto deſiſterent per omnia humana atq; diuina nixis genibus depretātes ne delicta peſſimi ducis ciuitatem innoxiam ac paulo poſt fidam ſibi luere paterenť:hoc modo per miſerationē ſeruata ciuitaſ. Cæteꝝ

Telephus dux
græcorum ad troiam

Cygnus rex

græci fugiunt

Cygnus interfici

Methorēſiū
ciuitas

multo poſt methorieſes ſupplices & cū pace ad græcoſ pue
niunt:amicitiam & oīa q̄ impaſſent facturoſ polliciti. Q ui
bus perfectis Cillam aggreſſi expugnauere:neq; tñ Coro
nen:quæ haud procul aberat:contingūt in gratiam meā
drinorum q contermini ciuitatis eius fideles atq; amiciſſi
mi nobis ad hoc tp̄s permāſerant. EAdem tēpeſtate oracu
lum Pitii regis perfertur concedēdum ab oibus uti per pa
lamedē Apollini Smynthio ſacrificium exhiberetur: q̄ res
multis grata ob induſtriam & amorē uiri quem circa oēm
exercitū exhibebat:nonnullis ducum dolori fuit. Cæterū
immolatio centum uictimarum(ſicut prædictum erat) p
cuncto exercitu exhibebatur prætereunte Chryſe loci ei9
ſacerdote. Interim re cognita Alexander congregata arma
torum manu ad prohibendum uenit:quē quidem aiaces:
priuſq̄ ad templum appropinquaret:īterfectis plurimis p̄
cauere. Sed Chryſes:quē ſacerdotem Smynthii apollinis
ſupra diximus:utriuſq; exercitus offenſam metuēs quiſqſ
ptium ad eū uenerant cū his ſe adiunctū eſſe ſimulabat. in
terim ī eo ſacrificio phylocteta tum procul ab ara tēpli eiuſ
aſtans morſu ſerpentis forte cōtingitur. Deiñ ab omnibuſ
q aīaduerterant clamore ſublato Vlyſſes accurrens ſerpē
tem interficit. Neq; multo poſt philocteta cum paucis uti
curaretur:Lēnum inſulam mittit:Nāq; in ea ſacri uulcani
antiſtites īhītaī ab accolis dicebant:ſoliti mederi aduerſu3
uenena hiuſmōi. PER idem tp̄s Diomedes & Vlyxes cō
ſilium de interficiendo palamede ineunt:more ingenii hu
mani;quod imbecillum aduerſum dolores animi & īuidiæ
plenum anteiri ſe a melior haud facile patitur. Igitur ſimu
lato q thesaurū repertum in puteo cum eo partiri uellent
remotis procul omnibus perſuadent ut ipſe potius deſcen